Cupido exhauſit undiquevorſum pharetram,
Ollumque proſtravit omnipollenti brachio;
Audi, nec refer, quaeſo, reverſiva veſtigia,
Mea Tigris polchra, meum ſolatiolum:
Fortaſſis, dum ego tibi praeconium facio,
Ac fundo tuae pulchritati carmina,
Lubenſque te divinis macto honoribus;
Ratihabitionem praeſeferentes reapſe
Lectas & immolabunt boſtias Nymphae Sicelides,
Tamquam Deae non minutae & patellariae,
Tibique litabunt cernuae victimis ſuccidaneis.

XXI.

E QUANDO un giorno io fia ſatollo ed ebro
Di ſentirmi chiamar dal tuo bel labro
Orlato intorno di natío cinabro,
Per cui dì, e notte languido m'infebro?

Fatto è il mio ciglio un rapid'Arno, un Tebro:
Forſe mi ſprezzi tu perch'irto e ſcabro
Io ſon ſoggiato, e ſenz'arte di fabro,
Qual inculto Silvano di Ginebro?

Ma ſai che grave all'Etra il canto vibro
Dall'Occidente infino al lido rubro,
E'l divido, l'abbaſſo, e l'equilibro.

Ancorch'io foſſi un aſpide, un colubro,
Pur perchè rime ſcelte ognor ti cribro,
Innalzar mi dovreſti ara, e delubro.

XXI.

Ecquando tandem capiet me ſatias
Tuae vocis delicatae atque mellitulae?
Ecquando mihi, Nympha, ſubblandibitur
Tuum os oſtrinum folgens unionibus,
Suis lexidiis, ſuis dictis muſteis
Vocitans Cyclopa labello cinnamómino
Pulchreſcente circum belle nativis coloribus;
Pro quo luci noctuque febrio labundus,
Venarum formicante aſſultu inſedabiliter?
Factus mî videor Tibris, Arnuſve ſcaturiginoſus
Meo ex lumine decumanas exgurgitans lacrumas,
E ſcrupuloſa quaſi ſcatebra fluviatica:
Num tu me rides, & hili, & glumae facis,
Quod vaſtus temere, inornate, maſſaliter infabre
Nulloque prorſum ſudatus materiario,
Quod indolatus ſiem nullaque ſymmétria,
Mutinus ceu faſcinoſus ac dapſiliter maſculus,
Truncus uti ficulnus, lignum inutile?
At ſcis me Pſallocitharistam vocaliſſimum,
Bellerophontéum Cycnum hippocreniſatum
Eoa ab ora ad uſque litus veſperum
Carmina dividentem criſpo vocis vibramine,
Optimitate mira, ac mollitudine,
Frequentamentis, voculationibus,
Et tempeſtivis minuritionibus.
Licet ſtruthiocamelus forem, aut bufo, aut rubéta; attamen
Quod tibi occento percribrata carmina
Per cribellum, Jupiter! pollinarium,
Sudoris habentia plurimum, vitalia carmina,
Atque demorſos ungues ſapientia,
Ut non formident piper uſquam, aut ſalſamentarios;
Mibi excitare voſtra deberet obſervantia

Mo-

XXI.

E QUANDO un giorno io fia ſatollo ed ebro
Di ſentirmi chiamar dal tuo bel labro
Orlato intorno di natío cinabro,
Per cui dì, e notte languido m'infebro?

Fatto è il mio ciglio un rapid' Arno, un Tebro:
Forſe mi ſprezzi tu perch'irto e ſcabro
Io ſon foggiato, e ſenz'arte di fabro,
Qual inculto Silvano di Ginebro?

Ma ſai che grave all'Etra il canto vibro
Dall'Occidente infino al lido rubro,
E'l divido, l'abbaſſo, e l'equilibro.

Ancorch'io foſſi un aſpide, un colubro,
Pur perchè rime ſcelte ognor ti cribro,
Innalzar mi dovreſti ara, e delubro.

*Monumentum pol ! * ſub auro ſplendoriferum,*
Aeternumque ſimulacrum cum baſi purpuritica,
Delubrumve marmoreum Memphiticum, ubi extaret torviter
Anaglyptis in praegrandibus Polyphemus ſculptilis
Significabilibus late incruſtamentis, & emblemate;
Quod dedicares dubia coena recta ſolemniter,
Coena, inquam, recta, non oleo, vel ſportulis,
Aut cruſto, & mulſo, aut ceteris munuſculis;
Sed grandi cum ſumptu, largitate munifica,
Regificoque luxu populatim pompaliter
Talenta dividundo, non ſeſtertios;
Ad quod ventitarent Dendrophori, & Ciſtiferi,
*(Licet mî forent gratiores ** Canephorae)*
Aramque donis cumularent thuricremam
Halantem circum ſertis grateolentibus.

* *Statua ſub auro, ſub aere* &c. pro *aurata, aerea*, &c. paſſim in Inſcriptionibus haud infimae notae.

** Siquidem *Canephorae* ad Deas pertinebant; proindeque Polyphemus, & Galatea forent Σύνναοι, Σύμβωμοι, *Contubernales*.

XXII.

Sì diſſe di caſtagne irſute onuſto
Inſiem con acutiſſime gineſtre
L'orribil chioma il Paſtoraccio alpeſtre,
E con in man di tronco pino un fuſto:

Non han per me sì delicato guſto
Di caſolane poma le caneſtre,
O qualunque più bel frutto ſilveſtre,
O l'autunnale ambriſpumante muſto;

Come tu Galatea melata e dolce,
Che hai d'avorio la man, di latte il collo . . .
Volea più dir, ma ſvenne, e al ſuol cadeo.

A sì piombante inuſitato crollo,
(Che 'l ſuo baſton ſi piega anzi che 'l ſolce)
Mugghiò Pachin, Peloro, e Lilibeo.

XXII.

Sic blateravit Cyclops paſtoraliter
Implexus late comam atricolorem horrificam
Geniſtis acutis, atque echinorum aſpredine,
*Truncaeque pinus * agolum dextera praeferens:*
Tam non eſt ſapidus, non eſt tam mihi mulſeus
Melimelorum ſapor, nec talem habent melliniam
Aut ceraſa matureſcentia, aut fraga punicantia,
Aut cruentata mora, aut mora candida,
Aut pruna damaſcena, aut pruna cerea,
Voléma aut pyra, aut meſpila, aut cydonia,
Grandia aut poma lanugineis adnationibus,
Aut muſtulenti autumnitas Bromii infecti Heliadum lacruma;
Uti tu Galatea mellitiſſima,
Uti tu Galatea canna Trinacride
Saccharo fartim foeta illecebroſior,
Quoi mira eſt collum albicans albitudine,
Collum lacteolum, purum putum ninguidum
Ningore Alpino haud proculcato pedibus;
Manuſque Erycinae manu laboratior,
Manuſque belle quinquiplicata digitulis,
Manuſque albicerata, atque eburneola . . . . .
Plura dicturiens Cyclops procumbit humi mox
Deliquio correptus, caſans pannuceus,
Nutante baſi & pedamento gigantéo.
Ictu tam horrendum immani, querquero, centrâli
(Nam ſcipio eſt bliteus, nedum olli fulturae ſiet)
Mugiens tricuſpis tremuit Trinacria.

* *Agolum, paſtorale baculum, quo aguntur pecudes.* Feſt. *Quom* Ab Iſidoro tribuitur Pani.

XXIII.

Quando del ſonno il tenaciſſim' oppio
Di mezza notte il mio gran lume ingombra,
E della cupa grotta in la folt' ombra
Profondiſſimamente io ronſo e ſcoppio;

Allor Morfeo l'immaginoſo e doppio
Dalla mia mente ogni caligin ſgombra,
E Galatea vi pennelleggia e adombra,
Quella, per cui ſon già conſunto e ſtroppio.

Maraviglia d' Amor! tra quel letargo
Pavento che Aci invole il mio teſauro,
E ſon puranche un occhiutiſſim' Argo.

Sicchè dall'Indo Mar vermiglio al Mauro,
O vegli, o dorma, ſempre pianti io ſpargo,
Nè ſi trova per me poſa o riſtauro.

XXIII.

Quom rorulenta ſomni incubantis tenacia
Lumen amplum bocce indupeditum obbrutuit
Nocte intempeſta, quom obdormiſcunt omnia,
Furvique in antri ſpeluncoſa horrentia
Noctem pernocto perpetem rhonchiſonus
Altumque toto proſto ſomnum pectore
Quanto fragore ſtridunt ac circumſtrepunt
Catadúpa, unde ruunt aquae Niloticae;
Tunc falſus Morpheus arctae in quietis nucleo
Tempeſtivitatem nactus, per ſomnurnas imagines
Galateam nobis quaſi penicillo delineat,
Quoi heu! pertinaciſſimae deprecabundus haud litans,
Sum mente elúcus, corpore luxatus centifidus.
Pro mirum! irrigui inter ſomni munera
Ne meum Acis manticularius manuetur theſaurum vereor,
Lupuſque fungatur cuſtodela bidentium,
Et mus ardelio lardum ſervare ſatagat;
Sumque adhuc vigilax Argus totus oculcus,
Noctem tali in vepreto ſolidam ſemiannuam exigens.
Amor in noſmet totus eſt abſinthium,
Non dulcacidus, prout cum ceteris haud rarenter inſolet.
Sic quippe ſtat in fatis adamantinis,
Ut Polyphemus ſemper angatur peſſume,
*Noctu per * biſa, quae mittit noctis atritas,*
Perque aerumnas dilucidas interdiu,
Nec pauſſa olli ſiet Eoo ab Oceano
Ad plagam, ubi condit diem Sol praecipitans.

Hunc

* *Biſum* pro *Viſum*, *Bixit* pro *Vixit*, &c. non ſemel in antiquorum cippis.

XXIV.

Questo de' boſchi orror ſuperbo tauro
Uſo a pugnar per la mugghiante moglie,
E che tanta nel ſen ferocia accoglie,
Che ſembra in viſta un truce Minotauro;

A te, Nettun Re dal Mar Indo al Mauro,
Polifemo offrirà di fior, di foglie
Cinto le corna, e mentre il voto ei ſcioglie,
T' intrecceran carole e Foloe, e Aglauro;

Se Galatea, che di rigore avanza
Dell' Oceàn gli ſcogli antichi e ſaldi,
Che ſprezzan Auſtro, e Borea, Euro, e Libecchio;

Al Ciclope darà qualche ſperanza,
Se porgerà benigna amico orecchio
A' ſuoi ſoſpir sì altiſonanti e baldi.

XXIV.

Hunc alpha taurorum perquam formidatum cuilibet
Seu pecori cornifronti, ſeu magiſtris pecorum,
Pro uxore blandum adſuſpirante bucula
Apprime doctum pugnam pugnare cornutam,
Largoque quaqua verſus cruore armos lavere,
Qui truculentia quadrupedantem mentitur labyrinthicum;
Tibi, Neptumne Pater late ſceptrifer
Qua humens patet Tritonum campicurſio,
Tibi ramis frondicomis decoriter,
Necnon florulentis indupeditum ſertis cornua
Polyphemus immolabit rite praecidaneum
(Licet haec voſtra etiam litabilis ſiet victima)
Cadetque, Gigantéo curante Popa, & Victimario,
Tuas ante aras provoluta exanimis taurea torvitas;
Dumque nuncupatum ſolvet votum lubens merito,
Tibi reſtim ductitabunt in numerum Aglauros, & Pholoë,
Voce funditantes feminea muſicatum canticulum,
Formoſamque reſonare docentes Amphitriten litora,
Uti voſtram decet comparem optumam incomparabilem;
Si Galatea, immo potius cautes Marpeſia,
Quae ridet tonitruantes late animas,
Eurumque, Euroauſtrumque, & crebrum procellis Africum;
Cyclopi tantillam mitiuſcula oſtendet ſpem mercedulae,
Si pronas ſuis admovebit oriculas
Suſpirioſis anhelitibus inſito bombo perterricrepis.

Quom,

XXV.

Quando talor le bionde ſpighe affaſcio;
Di cui ſuperbo ondeggia il piano, e 'l colle,
Stanco di più falciar, di ſudor molle
Io mi pongo a ſeder ſovra al mio faſcio;

E allor rifletto, e nel penſar mi ambaſcio
Che all'antro mio non ho chi mi ſatolle
Peſtandomi coll'aglio, e le cipolle
La ruchetta, di cui ſempre mi paſcio:

Lo che non fora, ſe le mie foreſte,
Perchè ſei vaga ſol dell'Oceano,
A te non foſſer sì noioſe e infeſte;

Ivi, tu Galatea, di propia mano
Ordineresti la merenda agreſte
Al Giganteſco mietitor Sicano.

XXV.

Quom, plerumque uti fit, manipulatim demeto
Obunca falce hornas flaventes ſegetes,
Queis campus omnis fluctuat ſuperbiter
Opulentitatem pandens frumentariam;
Meſſoria exedente medullam laſſitudine,
Sudoris aeſtivalis grandibus guttis roſidus,
Magnaque aggreſſus difficultate praefocabili,
Negotiandi, non otiandi ergo faſci inſideo,
Ut incoxanti mihi pes obſtupeat:
Et tunc inanefactus prorſum cere comminuens brum
Anguſtitate atque anxitudine intima,
Miſeranda miſerabiliter miſeritudine,
Cogitatu terebror pertundor perque foror
Quod antrum dentata ſilicis ſcabritie ſtriatum repetens,
Haud illic invenio quae mî apponat, ut ſatullus ſiem,
Allium, & caepullas lacrymoſas aliis, mihi laetificas,
Tunicatas caepullas cum omni mallone confuſaneas,
Contundens moretum herbidum in mortario,
Non ſine erucae pluſculo miſcellaneo,
Quae praeſtat nobis praeſauciatarum virium ſuſcitabulum,
Quae noſtrum paratu opſonium eſt regifico,
Quamque veſcens aventer ingurgito perpetim.
Quod ſic non fieret, niſi noſtra ſaltuoſa habitacula,
Quandoquidem tibi melli eſt ſalſitudo Oceani,
Devitares cane pejus Avernali, centicipiti belua;
Ibi, tu Galatea noſtra uxorcula,
Huc, illuc curſans ſedulitate uxoria,
Tuiſque lacticoloribus manciolis
Aut ſcriblitam plaſmans caldam, aut teſtuatium,
Ruſticanam peropportune merendam inſtrueres
Gigantéo meſſori incoctio patrifamilias.

XXVI.

Il falcator Ciclope a mezzo Luglio
Sotto cocente Sol ſega le biade,
E quante reſte ſon, tante al cor ſpade
Ha, di triſti penſier tetro garbuglio.

Così tra d'atre cure un guazzabuglio,
Inlappolato il piè, par che non bade
A un ordin retto, ma per torte ſtrade
Miete or grano, or panico, e fa meſcuglio.

Quindi per ſvaporar la gran caldana,
Contr' Aci il ſuo rival, che lo conquide,
Spiega la voce arcigna, e canta in gergo:

Piucchè ſaggio ſi fue; e molto vide
Chi gli Dei finſe avere i piè di lana:
Ma contro d'eſſi alfin non vale usbergo!

XXVI.

Denſos proſternens culmos Cyclops falcifer
Affatim plenos tritici centigranii,
Aeſtuabundus torridum per aëra
Sole ſub ardenti arva demetit undantia
Muneribus almae Cereris legiferae;
Quotque ariſtae ſunt illic frumentaceae,
Tot olli in corde infoſſo taetritudine
Horreſcit late ſtrictis ſeges enſibus.
Ergo inter anxitudines atque aſpritudines
Lappa tenaci hamata implicito pedem
Haud ordinatim ac diſtincte olli meſſura fit;
Sed nunc excurrit in panicum, nunc ſemimaturum in hordeum,
Meſſem nunc in triticeam, vemeaculo
Haud certo retroflectens corpus maxumum,
Nunc ceteras in fruges atque alimenta mitia
Congeſtim conglobatim, qua porrectio
Camporum patet igneis Phoebi ſpiculis,
Caniculaeque uſtionibus obnoxia.
Hinc tepidandi ergo caldorem incendioſum,
In Acin, qui magnum ipſi faceſſit negocium,
Increpative inſurgit Cyclops cantabundus,
Sed figurato aenigmatiſtes flexiloquus:
Quicumque ille fuit, qui pronunciavit Deos
Pedibus laneis uti, ac ſero eorum molas molere,
Nonne putas mirum hunc habuiſſe ingenium?
At nemo tam circummoenitus perbene
Aut clypeatus fuat muro abeneo
In aeternalem voluntatem Dieſpitris,
Ut poſſit cladem capite averruncaſſere!

XXVII.

Era di ſtate; e Galatea dormia
Soavemente ſuor dell' onda al rezzo;
Polifemo da lungi ecco la ſpia
Con quel Sol, ch' arde alla ſua fronte in mezzo.

Laſcia ratto l' armento, e là s' avvia
L' alto Ciclope a tender fraudi avvezzo;
Già le ſovraſta, e par che tempo ſia
(Se Amor lo aiti) omai di farle un vezzo.

Quando la Ninfa pel mugghiar de' buoi
Scoſſa dal ſonno rugiadoſo, e cieco,
Deſtaſi, e fugge, qual da veltro damma.

Quali urli giro al Ciel, ditelo voi
Antri ederoſi, onde la docil' Eco
Riſulta: uſcía dell'Occhio aſſenzio, e fiamma.

XXVII.

Veſaniente alte ſtella ſicci Leonis
Momento furibundo, rabie aeſtifera,
Galatea ſoporata quietem carpebat languidulam
Voluptuoſe in continenti decubans,
Sub rupe Solem vitans umbraticola;
Illamque circumvolitabant Gratiae
Decentes, atque igneoli Cupidines,
Necnon Joci milleni, atque Facetiae
Soporifera blandum quatientes papavercula:
Longinque explorat ſpeculabundus Cyclops
Rota illa praegrandi ſua, prodigialiter
Quae fronte inardeſcit ſpectabilitate terrifica;
Haud mora contendit illuc praecipitanter valdiſſime
Haud podager altegradus longipes, turpilucricupidus;
Jamque ei clandeſtino imminet Cyclops technicus
Avens cupitor famelicoſus appeto,
Atque liceſſit tandem libare auſculum
Canatim, non columbatim, illibabili
Nymphae, ni laevus Cupido auſum cohibeſſit.
Quum Nympha multum leviſomna, ac levipes,
Horrendum Cyclopis bubus mugientibus,
Expergefacta diffugit celerrime,
Ut dama excitata nemoroſis latibulis.
O antra, qui plangores ululabiles
Teſqua perſonuere, vos, vos dicite,
Nam vos incolit Echo reſonabilis:
Cyclopis acerba tuentis, imbre largifluo
Ignem, atque abſinthium vomebat ſphaeralis globoſitas.

XXVIII.

Possa io vedermi, o Galatea, percuſſo
Da ria procella d'ogni mal conſerta,
E tra palpabil duolo, e ſpeme incerta
Pallido più che nova cera, o buſſo;

Poſſa io ſognar nel più profondo ruſſo
Te in braccia a lui, che ſol Teſifon merta,
E Nereo, e Dori, ed Ino, e Melicerta
Non mi deſtin col lor fluſſo, e rifluſſo;

Veggia il Sol fitto, e le fontane ſpente,
Onde il giglieto, e l'orticel s'innacqua;
Manichi mia cicerchia il gorgoglione:

Se non m'imparo di nuotar ſott'acqua
Con maſchio fiato: e ti vedrai repente
Innanzi il Giganteſco marangone.

XXVIII.

Jactor, o Galatea, impauſabiliter
Nimbo anxitudinum & globoſo turbine,
Interque incertam ſpem, certumque lugium
Pallore infectus gracilentum os luteo
Ceram novellam, necnon buxum referam;
In arctioris ſomni prodigentia
Quom rhonchos edo ſupinatus ſterterus
In acta Nereo undiſono contermina,
Te adpectoratam ſomniem ſilvatico
Olli Paniſco, quoi Megaera conjuga
Fueret profecto ter quaterque perbona;
Nec Salacia amicabilis, nec Venilia
Sale debilitantes molium oppoſitarum obſtantiam,
Mihi ſomnum interpellent profundiſſumum,
Undaeque recumbant aequore haud ſaxifragae:
Solis inferveſcente flammea rota,
Nec bilum prorſus proficiens Aquilicio,
Cernam, quom Jovi Pluvio herba ſupplicat,
Exſuctos omni fontes avitudine,
Queis irrigatur lilietum, & hortulus;
Populetque curculio noſtrae ingentem acervum cicerculae;
Ni brevi fiam omniperitus urinandi:
Ac derepente tibi occurſabit veteratorie
Gigantéus urinator, vulpinaris amaſio
Delatus te coram aequilibrato impetu,
In umbilico Oceani ſubaquaneus.

XXIX.

O del vaſto mio ſen vorace fiamma,
Villana Galatea ſorda qual aſpe,
Generata da ſcoglio in l'onde Caſpe,
Più che cerva fugace, e più che damma;

Orrida tigre la ſelvaggia mamma
Ti porſe in Afra terra, o in Arimaſpe:
Ma che? dal Tago Ibero all'Indo Idaſpe,
Quando di ſtelle il Ciel ſi diſinfiamma,

E quando il carro tacito la Notte,
Allumandoſi il Ciel di nuove faci,
Rimena a noi dalle Cimmerie grotte,

Mi udrai cantar e Pratolena, e Filli:
Or vanne, o ſtolta, e ti accomanda ad Aci,
Che ti renda immortal con ſcelti idilli.

XXIX.

O pectoralis noſtra abſumedo flammipotens,
O Galatea ruſticitate defamatiſſuma,
Pontumque Caſpium, ſcopuloſque, & ſuperans
Somniculoſas aſpides ſurdigine,
Cervuloſque, & rupicapras curriculo;
Credo ego tibi hirſuta admorunt ubera
Hircanae tigres rancantes ferociter,
O marmoroſa Nympha pervicaciter
Vel ab uſque tua primigena naſcentia.
At hoc non tibi ſic abibit edepol!
Namque ego Pratolenam, necnon Phyllida
Cum puellabus mille aliis polchris praeclariter
Famigerabo multilaudis vorſibus
Quom vaſti Olumpi aſtrifer deſplendeſcit ambitus
Depretiatus potiore lumine
Dum jam pervolgant Caelum Solis fulgura;
Et quom revecta Nox crypta e Cimmeria
Curtum agit tenebricoſum reverenda nigrore;
Teque indictam ſilebo, nec laude creſces poſtera:
I nunc, & Acidis te commenda Scazontibus,
Qui voſtra labra celébret, labra coralina,
Necnon in coruſcamen voltus ceteri
Facetietur cymbaliſſans, fidicinans;
I nunc, & ejus fide ſtilo ſenipedi,
Qui voſtra facta canat conſignanter immortalitus,
Quoi facundioſa Polyphemi tolutiloquentia,
Et quoi tanta ſiet vocis tonatio!

XXX.

Pratolena mio Nume, a te consacro
L'ovil, l'armento, l'orto, e la foresta;
A te voglio erger ara, e simulacro
Di porfido, non senza un'annua festa;

E'l sacerdote in paramento sacro
T'offrirà di cinghial setosa testa,
Come fassi alla Dea, che nel lavacro
Veduta ad Atteon fu tanto infesta.

Ninfa gentil, tu merti sol divina
Onoranza, e mercè; non già costei
Caspa tigr'empia, e viva selce Alpina,

Per cui stoltissim' è chi sparge omei.
Sì dicea Polifemo alla marina;
E Galatea gridò: grazie agli Dei.

XXX.

Pratolena omnipollens o Numen meum,
Tibi do dico Cyclops lubens merito
Oves, armenta, pomarium, & ſilvam querneam;
Tibi idolium a fundamentis volupe eſt
Excitare, & idolum porphyreticum,
Non ſine ſtativis feriis ſolemniter:
Tuuſque hinc Flamen ſacrificali amicimine,
Flamen * Pratolenalis *auſpicaliter*
Tibi offeret apri caput ſetis hiſpidum,
Non ſecus atque Divae almae Titaniae,
Quae rore quom perfunderetur liquido
Lavationi intenta balneariae,
Sine veſte viſa & ſine ullo velamine,
Undis ſparſit ultricibus protervum Actaëona.
Mea aucilla, turturilla, hirundo, atque anaticula,
Tibi arae, tibi altaria, & libamina,
Tibi Veris anhelitus floripari,
Tibi maſculi thuris vaporatio,
Tibi ſuffitiones & funigia;
Non iſti, quae tota aſpra, tota omphacia
Saxiali obdureſcit duritudine,
Ut qui in illam ſuſpiret, fuat ſtolidus,
Vacerroſuſque plane indigeat verdtro.
Sic Polyphemus late oblatrabat canátim;
Et Galatea gratulabunda exclamavit: O utinam!

* Uti paſſim *Flamen Pomonalis, Fornacalis, &c.*

XXXI.

Turgido il Moſtro di fervente ſtizza,
Vedendo il Ciel dal roſeo mane pitto,
Ver la marina i lunghi paſſi drizza
Per isfogar l'acerbo ſuo deſpitto:

Sì ſcherza, ei dice, e la mia rabbia aizza,
Infame Satirel; che alfin ſconfitto
Inſiem con lei, che teco in l'onde guizza,
Andraine a far l'Acherontéo tragitto.

Giurovi affè che una galante veſta
Io, che ſon de' Ciclopi il corifeo,
Tutta di fronde, e fior varia e conteſta

Vo'pormi addoſſo allor che 'l nodo reo
Diſciolto avrò con l'ambocidio; e 'n feſta
Vo' le arterie innaffiar d'almo Lieo.

XXXI.

Sublime candens Monſtrum bile maſcula,
Caelum quom cernit Phoſphoreis picturatum rotis
Lateque aureſcens ſublucano tempore,
In actam greſſus agglomerat paraſangam longas,
Iram ut ſoletur, qua exaceſcit jecoroſus:
Securus perge, inquit exclamans inſultatorie,
Securus perge, turpis Faune hircipile,
Ut occoepiſti, & ſaltita proterviter,
Rabiemque irrita, qua reboant Caeli cava,
Ut magis lubido ſuat; nam tandem edomitus,
Diſque ſipatus viſceratim ſacra interanea
(Et parum ſuat ſi te mulcavero vivicomburia
Moleſta incendiali indutum tunica)
Cum illa blandidica, & voluptabili muliercula,
Quae omni mulcedine, & illicio te effoeminat,
Aquas praeternavigabis torpentes Acheruſias
Et nocti concolores lacus caligantes.
Vobis juro ego verbis conceptiſſimis
Per Summanum Plutona illacrymabilem,
Immo & omnipollentem Induperatorem Jovem Lapidem,
(Qui, ſi ſciens fallo, me bonis ejiciat,
Salva vite, muſtulentoque Vitiſatore Lyaeo)
Nae veſtem volupe eſt ſepoſitam ſumere & induvias
Florulentas roſis emollidis, narciſſo purpureo,
Liguſtris albicomis, amarantis vivacibus,
Colore ſuperbificas, trama frondeas arte faberrima,
Immenſa majeſtate, longo ſyrmate,
Tamquam paludamentum imperiabiliter
Poſtquam diſcuneatum contubernium
*Voſtrum * diffareatione obruero funeratitia;*
Dieſque ſuaves agitare aggrediar
Liberali irrigatus venas nectare.

Quo

* Unico r ſcribendum. Vide ſis πολυμαθέστατον Mazochium in Diatr. ad Muſcettulam de Sponſal. praeterquam quod antiqui conſonas in medio vocis non geminabant.

XXXII.

Rabbuiandosi 'l Ciel d'intorno intorno,
Quando il freſc'aere par lo incíte, e ſproni,
Poliſemo alla riva fa ritorno
Offrendo a Galatea ſuoi rari doni:

Un ariéte i'ho, che dà di corno,
Per deſio di cozzar, fino a'tronconi,
E n'ha ſegnato il pino, il faggio, e l'orno;
Tanto è gagliardo nelle ſue tenzoni!

Inoltre un Orſacchin, che gioca e danza
Con un Lupacchio mio di pelle varia
Progenerato da una Lupa, e un Pardo.

Gli avrai, mio Ben, gli avrai, ſe cangi ſtanza,
Gli avrai, ſe'l venir tuo non fie sì tardo
A far di te pareglio alla foſc'aria.

XXXII.

Quo tempore circumcirca noctescit & contenebrat
Exoriente noctis atritudine,
Quom lenes misti Etesiis flabris Favonii
Ollum blandiloquo vocare videntur susurramine
Marinum in aëra tremulum perflabilem
Magis silvoso Austellis foeto plumbeis;
Redit Cyclops vespertinus arenosum ad marginem,
Quem cano fluctu Nereus circumlavat,
Dictis augificans Galateae insolita munera,
Eamdemque ad carecta nemoris illiciens
Rusticatim donosus praemiosus munifex:
*Est mihi gregis maritus * ovarici,*
Qui insurgit cornifrons vel ipsos in quernos caudices,
Scitque tam bene cornibus connitier
Petulcus, ira praegravidus, pervico animo,
Ornum ut, fagumque, & pinum memori signarit nota
Cicatricosa inflictis tot volneribus.
Ursi adhaec catulus pantomimus suaviludius,
Qui miscet jocos, & saltatiunculas
Aemulanter sane, congruitate mirificissima
Meo cum lupo parvulo, variegato, valentulo,
Musimone notho atque diversum confuso genus
Ex lupae, pardique hybrido commercio.
Tibi hos donabo, Nympha cinnamomina,
(Nec Massico quinquenni humesco laetius)
Si facta mutans, etiam solum mutaris,
Et celeranter ad nostra veneris territoria,
Ut sterilam nigritiem dissolüas
Aëri affolgens velut Sol luciparens.

Me-

* *Conductores gregum ovaricorum*. Inscr. aevi haud poenitendi, ap. Grut.

XXXIII.

Di bufalino latte le caciuole
Meco rappiglierai, bionda mia Diva,
Se lafciate queft'acque, e queſta riva,
Verraine al boſco, ù sì non coce il Sole.

Quivi tra fiordalifi, e tra viole
Godrai nel prato la freſc'aura eſtiva,
E al dolce ſuon di ruſticana piva
Cantar potrai dell'amoroſe fole

Di Narciſſo, Giacinto, Adone, o Croco;
E ſe'l favoleggiar parratti ſtrano,
Del mio da te sì fomentato foco.

Ma tu corri ſott'acqua! e'l mio dir vano
Alteramente ſprezzi, ond'io ſon fioco!
La Rana uſcir non ſa del ſuo pantano.

XXXIII.

Mecum, o pulchrali voltu phoenix Nereis,
Bubalinum lacte ſedula circumglobans
Glaciei & niveae ritu in lapidem congelans,
Per caſealia figurabis caſeos;
Si ſobriefacta, nec ſemper inimicalis & ingratifica,
Relicto aquoſo Neptumni gubernio
Tyranni tridentipotentis tetrici,
Necnon amarae Doridis ſalſugine,
Ad glebulenta noſtra feceris divergium,
Noſtra ad bucéta ervi abundatione feraciter
Pubentia, pabuloſa, ac ſaltus umbriferos,
Ubi Solaris non tam flamma deflagrat.
Iſtic inter lilieta rore gemmantia,
Inter calthas luteolas, & nigra vaccinia,
Interque inſcriptos flores Regum nomina,
Interque prata herbifera, & tenerrima
Frigerans tibi fiet conſiſtorium;
Agreſtiſque cicutae ad modos melicos
De Adonide, & Croco fundentur elegidia,
Necnon epigrammatia ſtilo paſtorio,
Deque Hyacinthi metamorphoſi floripara
Plorabundus Apollo conſolabitur;
Vel ſi lubentia non fuat fabularier,
Sermunculum perſequi poteris hiſtorice
De indubio meo, & luculento vivicomburio,
Quoi tu ſupponis faces, & addis oleum,
Quo carboneſco, brevique ſubsidam in cineres
Buſto, eheu! eheu! cinefactus lugubriter.
Sed tu jam urinas, o foemella leviſida,
(Pro fatum! pro Cyclopis infortunitas!)
Et noſtra vox, qua raucio rauciſonus,
Merae ſunt tibi nugae, mera eſt ſpretio!
Turpis aeternum Rana erit limicola.

XXXIV.

Altocinta la gonna, e'l braccio nuda
Mugne Amaranta mia la vaccarella,
Che Bionda ha nome, e ognor la doppia ſtella
Ver me rivolge laſcivetta e druda;

Quindi ſtupor non è che or io ti eſcluda,
Ver me contumaciſſima donzella,
Dileggiatrice, non curante, e fella,
Ninfa 'ngrognata ſempre in foggia cruda.

Amaranta a me fie ſtretta da Imene,
Amaranta ha le Grazie agli Amor miſte,
Amaranta è gentil dal piè alla treccia;

E tu unquanco non dai briciol di ſpene,
E tu 'l fior di Falerno hai con la feccia,
E tu mezza ſei Ninfa, e mezza Priſte.

XXXIV.

Alticincta crocotulam, expapillata brachiolum
Mulget Amaranta noſtra junicem Rufulam nomine,
Ebrioloſque amore in nos vertit ocellulos
Corvino nigrore, Solari coruſcamine.
Hinc tibi haud mirum fuat ſi occepſo ſpernacibus modis
Stomachabundus horrere indolem tuam haud facul coquibilem,
Nympha prorſum Aquilonia frigedine,
Imperioſa Nympha, ſerpentigena,
Perſeveranter corneſcens, Caucaſigena,
Nympha ſemper in Polyphemum duris moribus,
Ut jam jam ſies mihi faſtidibilis:
Amaranta nobis fuat turturilla concors,
Rara, cara, pudica, frugi, domíſeda,
Vivens cum Polyphemo caſto compare
Sine offenſa, ſine ulla amaritudine,
Sine ullo turbamento, vel friguſculo;
Quumque occaſio pro re nata poſtulaverit,
Lecto aſſidens, fomenta parans, parans focalia,
Cubital, faſciolas, decocta, catapotia,
Nec ipſum devitans querula noctiſurgium
Reciperandi ergo Polyphemum incolumem;
Atque ego in hoſtimentum diligentiae
Fuam olli maritus indulgentiſſimus:
Amaranta ore gerit roſarum ſtratura flexanimo
Suaves Gratiolas junctas Cupidinibus,
Suaves Gratiolas ſegnes nodum ſolvere;
Amaranta ad verticem imis ab unguiculis
Tota eſt exaſciata, alba, & melliſluens.
At tu avara nec ſpeculam largirier
Dignaris, cum quibus deberes congermaneſcere;
At tu cum flore floces jungis ſocias,
Cumque roſa prae te fers aculeolos;
At tu monſtrum fluctigenum, ſemipuella, ſemifera,
Nympha ſuperne florulenta in Priſtim deſinis.

XXXV.

Dacche' con aureo ſtrale Amor mi aſſalſe
Per te, dolce mio mal, Nereide vaga;
D'allora in quà null'altra Dea mi appaga,
O che ſtanzj ne' boſchi, o in l'onde ſalſe;

D'allor nulla giovò, nulla mi valſe
Forza d'erbe incantate e d'arte maga
A ſanar la profonda interna piaga;
Solo di te penſai, di te mi calſe;

D'allor nulla prezzai la bella Iante,
E Toa rara dal crin, che ſenza legge
A tergo ſcende creſpo, e biondeggiante:

E ſe anco avvien che talor io vanegge,
Colpa n'ha quel licor porporeggiante,
Ond'io talor perdo di viſta il gregge.

XXXV.

Ex quo torſit in me Cupido amorifer,
Cupido ſollers arcuballiſtarius
Auroſum jaculum, quo flammeſco medullitus,
Te quaeritans, grata pernicies, fel mellificum,
Ore Nympha Acidalio percandida;
Ex illo nulla prorſus arridet mihi,
Nedum familiareſcat arcta amicitie,
Diva ſeu nemoricultrix, ſeu fluctícola;
Ex illo nil mihi attulere juvamenti
Ad obducendam plagam cordis intimam
Incantationum vires, rhombuſve Theſſalicus,
Quotque venena late herbeſcunt Colchica,
Strigumve dirae, devotiones, & carmina;
Tu ſola cura nobis fuiſti primaria
Vel ipſis Hydaſpëis praeferenda gemmis;
Ex illo Hyantem flocci feci floream,
Thoamque, quoi caeſaries auricolor
Humeros boneſtat exlex demiſſitia.
Et quamvis atro dente interdum te petam
Criminoſiſque Jambis Lycambéo felle
Tinctis, & omni indigniter turpidine;
Oro mihi faſſo, Galatea, des veniam bona:
Noſtrapte culpa haud factitatum eſt edepol,
Verum prae poculis, prae cantharis, prae carcheſiis
Largiloqui bucconis, verborum expalponidis Nyctelii,
Quo circa noſtra inferveſcente praecordia,
Gregem quandoque lippi pervidemus per nebulam
Devium coniſſantem diſpaleſcere.
Nunc ergo fias mihi amica, & reddas animum,
Dum mitibus muto triſtia, recantatis opprobriis.
Ego ſum pervicacis haſta Achillei,
Quae ſano, in quos acuta tela torſeram;
Mutato nomine, de nobis narratur fabula.

Se-

XXXVI.

Ier ti vid'io con l'aurea chioma ſparſa
All' arbitrio de' venti, e ſenza naſtro,
O Galatea d'ogni pietate ſcarſa,
Più candida che 'l cigno, e l'alabaſtro:

Quando ti vidi fuor dell'onde apparſa,
Toſto alleggioſſi il grave mio diſaſtro,
E ſentì refrigerio queſt'alm'arſa,
Per favor di benigno amabil aſtro.

Ma quel fiſſo penſier, che or mi rimorde,
Cangia in aſſenzio tutto il dolce, ahi laſſo!
E fa che del mio mal più mi ricorde.

Al non vederti ognor di paſſo in paſſo,
Mi trivellano il ſen Megere ſorde:
Ah foſſi ſtato allor di luce caſſo!

XXXVI.

Sereno affatim renidentem ore (ut innubis Cynthia
Solet fulgere develata facie)
Heri exſtantem te vidi e cano gurgite,
Nutricum tenus egregia candicantia;
Dederaſque caeſariem perſubtilem inluſtriſſimam
Neglectim Euris nubivagis diffundere
Sine & mitella, & vittis diſcoloribus,
Scabrior Nympha inhoſpitali Caucaſo,
Eademque mollior cuniculi capillo,
Eademque mira candoris ſuperbia
Muſtela Alpina, cycnoque emendatior.
Haud mora, te beante ripam Doridis,
Pauſſa data eſt Cyclopi momentaria,
Lenimen ſenſit plaga, qua concrucior,
Atque hebetati pauxilliſper ſunt vepres,
Quibus dumeſcit cordis inquietitas,
Cordis multiforatilis inceſſabiliter;
De quo alioqui Dis aeviternis habeo gratiam.
Sed caro venit mi paulum melliniae:
Nam cura ex illo mordax ſemper vigilax
Amarore abſinthii omnem concacat dulcitudinem,
Clavoque figit trabali tantam jacturam animo.
Quom tuus haud nobis patefit voltus cereolus,
(Reguſtandus ducenties, trecenties,
Et millies, bis millies, ter millies,
His adde porro vicibus millium milleſimas,
Immo infinibiles. Hi funto fines limitanei.)
Pectus mi comedunt occultae Erinnyes Tartarinae
Incinctae breves circumquaque viperas
Tiſiphonéo tabo portentificas.
O utinam fuiſſem tunc Tireſias!

XXXVII.

Di Galatea l'immagin ſempre verde
Nel giganteſco mio penſier ſi volve,
Nè per lunga ſtagion ſi ſcema, o ſolve,
Ma ſempre più ripullula, e rinverde;

E qual Cerro Alpigiano unqua non perde
Il ſuo poſto, e dal ſuol mai non ſi ſvolve,
Nè gli Auſtri cura altoſpargenti polve;
Che nel cor ſue radici ampie diſperde.

Or chi dirà, gaſtigo atroce e fello
Trovarſi eguale alla mia cura tetra,
Che mi dà mille morti ſenza avello?

Chi dirà pena la Siſifia pietra,
E di Prometeo l'artiglioſo augello,
E di Tantalo l'onda, che s'arretra?

XXXVII.

Voltus floridulae Galateae emendatiſſimus
Luci noctuque obverſatur imaginabundo mihi,
Meum cor decumanum tortans volnere;
Nec quidquam remittit, aut diuturnitate elabitur,
Sed prolixus fecunda paritudine
Aeternum repubeſcit recurrens ac mage regerminat,
Reſaevitque majori ſaevitudine,
Revigetque, iterumque iterumque repullulat,
Novello ut uſque ſuppetam cordolio:
Cerreique inſtar trunci Alpicis in montibus
Quatientis brachia frondoſa, haud loco movet ſe,
Deluditque Caurorum armipotentiam
Inter ſeſe certanter concurrentium,
Pulvereoſque globos glomerantium;
In corde quippe radiceſcit roboraſcens,
Inque ejus fundum radicum projicit prodigentiam.
I nunc, & poenam, ſodes, comminiſcere
Noſtro aequiparabilem cruciamento carnifico,
Quod nos trucidat, nec tamen componit placide;
I nunc, & tibi ducatur omnium infeliciſſimus
Unco Prometheus obligatus aliti,
Indefeſſo ventricolae volturio;
Tantaluſque lympharum fugientia
A labris captans ſitibundus flumina,
Necnon aliorſum repedantem benignam dapem;
Urgenſve ſaxum ruiturum Siſyphus
Sudans nitendo, nec hilum proficiens.

XXXVIII.

Quì mi cinſe la fronte d' olivaſtro,
E ornommi il crin di pallide gineſtre
Colei, che diemmi quel ſupremo Maſtro
Nell' amoroſo Mar per ſcoglio alpeſtre.

Quì mia greggia frenò col ſuo vincaſtro,
E le died' io di cornie ample caneſtre;
Quì mi porſe la deſtra d' alabaſtro,
E invidia n' ebbe ancor Fauno ſilveſtre.

Quì allo ſtridor di boſchereccio ſiſtro
Cantai la chioma d' or, le guance d' oſtro,
Quando ſull' Alba il Ciel faceaſi luſtro.

Or piango, e piangerò per più di un luſtro:
Ah trabalzi di là dal Gange, e l' Iſtro
Rimembranze sì dure e Borea, ed Oſtro.

XXXVIII.

Heic nobis oleaſtello ſedula primulo,
Et geniſtarum floſculo luteolo,
Necnon corollis affabre pancarpiis
Redimivit jocaliter & ludicre noſtras capronas comas
Adoleſcentula, quam ſeu figulus ille Prometheus,
Seu, pro fatum! omnipollens ille Arquitenens
Scyllam, & Charybdim poſivit mî endo amatorio pelago.
Heic gregem ovillum, dum deerrat paſcitans,
Pedo, & acclamatione delicata compeſcuit,
Virgeiſque cornorum caniſtris eam donavi ampliter;
Heic mî non dubitavit dextram porgere,
Quae exſtinguit marmoris luculentitatem Parii,
Bonaeque viro Semoni invidia rupta ſunt ilia,
Meque tranſverſa tuitae ſunt Querquetulanae Virae
Pube tenus exſtantes hiulco ab cortice;
Heic ad tinnitum ſiſtri ſymphoniacum,
Non Peluſiaci, verum paſtoritii,
Grata, in hoſtimentum, cantilena occinui
Comamque Berenicéam, genaſque Dianias,
Quom Matuta Mater ponto emergens roſida
Horizontis inalbabat primitus crepidinem,
Non ſine matutinali pruina & gelicidio.
Nunc lacrumo, lacrumaboque dum curret pluries
Sol per idola duodena Zodiaci:
Ab Lethes fundo Dî proclives obruant
Gravidatam amaritudine reminiſcentiam.

XXXIX.

Rimembranze sì dure e Borea, ed Oſtro
Trabalzi oltre del Mar di là da Calpe,
E la cura, che 'l cor mi ſfibra e ſcalpe,
Meni laddove il Ciel ſi tinge d'oſtro.

Belva più infame, o più barbaro moſtro
Non ebbe mai ſpiaggia Affricana, od Alpe,
Del crudo Amor cieco piucchè le talpe,
Che rende amareggiato il viver noſtro.

Ond' io laſciar vo' le pupille nigre,
E i capei biondi più che lucid' ambra,
Per cui da mane a ſera mi diſcarno.

Via su, Valleſio, (ch'io mi ſtruggo indarno
Per coſtei, che non m'ode, alpeſtra Tigre)
L'anfora prendi, e 'l ciotolon m'inambra.

XXXIX.

Gravidatam amaritudine reminiſcentiam
Ab Lethes fundo Dî proclives obruant,
Curamque, mihi quae latenter, & ſenſim animam perbibit,
Tradant portare Aquilonibus proterviter
Qua dies nondum adulta cocco inficitur.
Amorem, ſeu potius truculentam beluam
Omni diriorem excetra ſeptemgemina,
Aut alio quovis monſtro, Afra proſapie,
Effectu portentoſi moechimonii,
Pictus Gelonus, Iſmarus, vel Rhodope
Sola egeſſit ſub rupe falſijurium,
Exoculatum manuballiſtarium,
Qui bolos vitae mortalium porgit felleos.
Hinc ſtat ocellis vale dicere pernigris,
Unde ſtrictiurae diſſiliunt candentiſſimae
Stigmantes nota cor Cyclopis damnifica,
Deſubulantes fluenter praecordia;
Comiſque haud fuco degeneri, verum litis
Suapte ſponte gummi Phaëthontiadum,
Pro quêis non amplius pancratice atque pugilice valeo,
Pro quêis heu! heu! particulatim excarnificor,
Et larvalis totus ſum, atque mera eximanitio.
Heus tu Polyphemipor *(namque fruſtra maceo,*
Fruſtraque inſudo haud bonus e manſuetariorum genere
In iſthac malaciſſanda incicuri Tigride,
Et cuivis delaſſatus trado curſu lampada)
Heus tu, inquam, qui es nobis ſervus a potione,
Aegritudines ut ego exturbem & curas jugulem,
Age cape obeſam obbam ſeſſilem, aut ventrioſum oenophorum,
Amphitbetumque corona hilariter electro liquido.

XL.

Ma ahimè miro due grotte invece d'una!
Camminano le ſelve, e le montagne!
Sul più fitto meriggio il Ciel s'imbruna!
Veggio foſche le pria luſtre campagne!

Chi è quel fantaſma con gramaglia bruna,
Che ſotto quel cipreſſo par ſi lagne
Degli aſtri avverſi, e della ria fortuna?
Ove ſon iti i miei giovenchi, e l'agne?

Ma eccole, che diſſi! omai barcollo,
Ho in teſta una vertigin d'arcolaio,
Che m'agita vieppiù che i vati Apollo.

Deh tu Silen, che ſei di Bacco l'Aio....
Aita.... io bollo, e crollo a rompicollo,
E già ſi offuſca il mio lucente raio.

XL.

At, o me perditum! cryptae accedit numerus!
Concuſſor haud mollis Evan, & modiales calices
Mi repraeſentant montes oliviferos
Correptos quadam lubidine ſaltatoria,
Quaſi Appulo forent obnoxii phalangio!
In diei umbilico Sol emoritur!
Fuſcantur, foedantur nigroris impuritia
Amphitheatrales ſcenae prius lucidae,
Scenae ſilvis coruſcae affatim frondicomis!
Quodnam atratum ſpectrum ſub cupreſſu moeſtiter
Videtur queri de poſitura maligna ſiderum,
Quod Di, Deaeque adverſi ſua perduint?
Quo, quo noſtrae balantes lana ninguidae, &
Abambulantes evaneſcunt vacculae,
Aliorſum abacti diſpaleſcunt buculi?
Sed eccos: pol deliro coctus crapula perbene!
Radicitus emota mente, caput vertiginat
Indeſinenter verſabundo turbine!
Tu ſaltim, annis, & pannis obſite Silene vecte auritulo,
Nutricie, immo Bacchi tata jucundiſſime,
Tu ſaltim fer opem ... tu ſaltim ... babae! ſuppetias,
Babae! ſuppetias ... caſabundus titubo, &,
Hauſto meraco, fervo ritu pelagi,
Totus in fermento ſum, undatque intima perbibeſia
Torrenter, vortice vibrabundo fortius,
Quam poëtis oeſtro Delio quom caletur maxume.
Teneo, teneo! ... ſic jubet, ſic volt Evius
Puer exterricineus, vitigineus, ſeptembonus ....
Pro ratione ſiet voluntas Evii .....
Jamque hebetor miſellus, jamque alucinor,
Viſque obumbratrix cornifrontis Nyctelii
Heu noſtram pharon luminoſam obnubilat,
Noſtram pharon ebeu! ebeu! conterebromiam.

Fla-

XLI.

Di mezzo Luglio, allor che Cintia irraggia
Col ſuo pieno fulgor l' opaco flutto,
Ed emola del dì ſpento e diſtrutto
Riſchiara intorno la Sicana ſpiaggia;

Eſce il Ciclopo della ſua ſelvaggia
Tana triſto, penſoſo, e al verde addutto,
E premendo nel cor profondo lutto,
Appena in piè ſoſtienſi, e par che caggia:

Alfin ſi getta ſovra il molle ſmalto
Di verde ſcoglio, e diſperatamente
Dopo lungo penſar: Aci m' inganna,

Grida, e'n piè ſurto un ſoſpir manda in alto,
Che credo anche dal Ciel Giove lo ſente,
E della Luna i chiari argenti appanna.

Digitized by Google

XLI.

Flagrante Quinctili, quom orbis plenitudine
Lucet fraternis recreata occurſibus,
Et foeta Phoebo caelitus fluctum percutit
Luna rotundato argento quintadecima,
Nec amplius corniculata obliquatur effigie;
*Suo e ſpelaeo * fero Cyclops egreditur*
Triſtis, cogitabundus, redactus ad incitas,
Et altam corde premens moeſtitudinem
Injucundeque aegreſcens betiſſat flaccidus,
*Ac ** tardigenulus Cupidineae ſarcinae,*
Multorum camelorum oneri ingeſtabili,
Vix ſtat ſuccollans, jamque jamque deficit.
Tandem procumbit Cyclopea praecipitantia
Super muſcidi ſcopuli maximitate
Conſtrata molliter ſuaveolente lanicio;
Atque ibi meditatione fixus diutina
Curaſque vultuoſus verſans majuſculas,
Deſperanter clamat haud mora bovatim mugiens:
Acis quantus quantus, totus eſt decipula,
Fallacioſuſque nos circumvenit fallacie;
Hinc vaſta mole in pedes ſe conſtituens
Supernitas Gigantis proceriſſuma,
Suſpirium cordicitus fumiferum
Expectorat, quod audit celſus Jupiter,
Quod omnes typhonas vortice ſupergreditur,
Argenteumque Lunai praetexens occaecat jubar.

* *Monteſque feri*. Virg. Ecl. V.

** *Tardigenulus* a tarditate genuum. Vox eſt Naevii ap. Gell. ut verior, atque accommodatior mihi videtur lectio.

XLII.

Ho ſognato ſtanotte in riva all' acque,
A Ciel ſeren, d' argentea Luna al raggio,
Che quell' Aci, che già tanto ti piacque,
Germe rio del capripede legnaggio,

Toſto ti nauſeò, toſto ti ſpiacque
All' apparir del freſco mio viſaggio,
E che ſcena cangiata, odio ti nacque
Contro dell' irto Satirel ſelvaggio:

Vanne, dicevi, ſordido, e difforme;
Trovato ho già chi 'l petto mio diſgombre
Belliſſimo Signor di mille torme;

Ma gridai, quando fur libere e ſgombre
Mie potenze da Morfeo verſiforme:
I godimenti miei ſon larve ed ombre.

XLII.

Quiete ſomnifera artus placans languidos
Somniavi nocte hac ripae in conſinio,
Patenter clara Caeli renidentia,
Ad Noctilucae lampadem luciferam;
Acin jam quondam apud te tam oblectaneum,
Acin ollum perperum, atavis caprugnis editum,
Quem Dî magno & praediro mactaſſint malo,
Haud mora noluntati, ac poenitudini
Tibi fuiſſe, rerum mutato ordine,
(Credo, faventia Veneris Verticordiae,
Quam ſemper ego incurvicervícus thuriſicator deveneror)
Ut tibi praecurſore illuxit radio
Noſtri vegeti. * *aſpecti dignitas dignitoſa*
Haud indecenti (Jupiter!) habitior pinguitia;
Immo tu Satyrum rebare ſpurciſicum, odibilem,
Hircoſum, pſeudolum, caſtimoniae damnigerulum,
In melius referens conſilium tandem cicur:
Apage, clamabas abnuitione perquam abominoſa,
Apage, o Pater Deorum, a me tantam turpidinem,
Peſtilitatem, horriditatem quantocius!
Inveni tandem, qui me habeſſit conjugam,
Polchrum homonem, peculiatum polypluſion,
Quoi mille errant conturmales agnae Siculis in montibus,
Quoi lac non aeſtate novum, non deſit frigore.
Sed experrectus exclamavi duriter:
Pro fatum contumax! noſtrae larviales umbraticae
Labidaeque dicto citius ebullant laetitudines!

* In gignendi caſu, pro *aſpectus*, ap. Accium *in Aſtyanacte*.

XLIII.

Due luci vaghe di colore azzurro
Con atti moſſe triſterelli e aſtuti,
Onde fulmini ognor non mica bruti
Scaglianſi a me, che tuttodì v' incurro;

Membra di latte entro a ſpumoſo curro
Tratto da due delfin codiforcuti;
Due mani, il cui color ſtagion non muti,
Morbide, e bianche più che 'l novo burro;

Due labbra di corallo in fuori ſporte;
L' oſtrina bocca, onde un ſoſpir ſol chero;
Due guance che April fermo ebbero in ſorte,

E 'l ſaturo capel di elettro mero,
Sono i lacci, i vincigli, e le ritorte,
Ond' io l' antica libertà diſpero.

XLIII.

Caeruleati bini ocelli, queis ineſt
Tremule ſcintillans omnis malitioſitas,
Unde inviſceraturum ſe jugiter proſilit
Non unum fulmen criſpiſulcans igneum,
Quoi meapte ego ſponte pectus offero deditim;
Artus lacteoli curru vecti ſpumido
Simonibus plauſtrariis lunata coda;
Manus nivoſae, manus eburneolae
Annorum lapſu rotatuve temporum
Suam non dediſcentes candicantiam,
Ac teneritate butyro aemulae recenti;
Genae, quae ver haud caſabundum praeferunt,
Roſulentae blandum ritu Cytheriaco,
Illicibilium plenae jocorum blanditer,
Plenae facetiarum incapiſtrantium;
Oſque veneno ebriolum Sidonio,
Diſtinctum ſuave Eois unionibus,
Hiulcum belle, gelasino pervium,
Unde ſuſpiro monadem ſuſpirii,
Votiſque vota necto uſque fruſtratoria,
Quae altivolantes diſcerpunt Noti irrita;
Labra, labra coralina, ac prominula,
Et coma electro puro puto ſatura,
Dira ſunt vincla, queis impliciſcor miſer,
Sunt cauſa ter quaterque ebeu taeterrima
Cur ſiet ſubeunda dura nobis famulitas,
Nobis inquam, materna ex alvo ingenuis,
Et dediſcenda libertas metallis potior.

Diſſi-

XLIV.

Gioisti, o Galatea, dall' ime fibre,
Per lo concento di mia Muſa agreſte,
Rimbombando altamente le foreſte
Agli accenti peſati in giuſte libre.

Chi è colui, che sì 'l canto equilibre,
Che non compaia un furibondo Oreſte?
Chi è colui, dicevi, che sì preſte
Mova le dita, e sì bei verſi cribre?

Or poichè moſſi te, macigno antico,
Selce Caucaſea di pietate ſgombra,
Io più non curo il Citariſta Trace,

Colui, che non cantò mai all' aprico,
Che col ſuo canto procaccioſſi l' ombra,
E con l' olmo ammirò l' orno ſeguace.

XLIV.

Diſſiluiſti gaudio arcana fibra,
O Galatea mî prato floridior,
Et temulenta dulcior vindemia,
Armentalem Camoenam noſtram demirata,
Ego dum graxo ſono graviuſculo,
Ego dum canto melos Pegaſeium,
Libroque vocem dividens majuſculam
Apta aequabilitatis concinnitudine,
Vibriſſans feſtinatim legirupio,
Idemque producens tardipes tempeſtivo,
Vorſuſque commaſculans vocalitate docticana,
Echo ſonora ſilvis reſultantibus.
Mirabunda inquiebas: quis o tam pulchrale
Poëma pangat, tamque cantet dulciter,
Et quoi tanta ſiet cantus aequilibritas,
Ut non videatur Oreſtes audientibus
Cerritus tribuſque committendus Anticyris?
Dexteritate quis percurrat citharam,
Quis fidicinans tam mira tamque egregia,
Tibiamque argutam cantor fiſtularius!
Nunc ſiquidem punctio tuo diſceſſi ter ſuavidicus,
Movique te meis meladis neniis,
Te cote duriorem, te ſaxigenam;
Pompalitate, & jure meritiſſimo
Cycnis oppedo vatibuſque ceteris:
Nil moror amplius vocalem dulcioriloquum Orphea,
Quoi umbras praebuere conſerte contexteque
Ornique, platanique infecutae illum temere
Arte materna atque Threicio barbito
Auritos deducentem caudices montibus aviis.

Re-

XLV.

Caduto il dì dietro all' occidua Calpe,
Quando ſmaltaſi il Ciel tutto a piropi,
L' orgoglioſo Monarca de' Ciclopi
Sì rugge, poichè Amor lo ſprona, e ſcalpe:

O Galatea cor di macigno, e d' Alpe,
Laſcia in l' onda guizzar Tonni, e Cinopi,
E Scolopendre, e Polpi, e Uranoſcopi;
Che hai a far tu tra i Gronghi, e tra le Salpe?

Al Boſco, al Boſco mio ne volgi ratte
Le care tue veſtigia; e a prima giunta
Cento fiſcelle avrai di caldo latte;

Quì ghirlandar potrai, ſeduta meco,
Di ghiandifera quercia inſieme aggiunta
Un monton quadricorne altero e bieco.

XLV.

Regradato jam Solis coruſcifero jubare
Occidualem rubricatum Abylae pone Oceanum,
Quom perpictis inuritur carbunculis
Superna moles conſtellata purime,
Ejuſque tota ſplendicat convexitas,
Ac mera in Caelis eſt collucernatio;
Cyclopum Anteſignanus ſublimiſſimus,
Et Chiliarchus, & Primipilarius
Clamore incondito Mare Aetnaeum late circumtonans
Sic rugit, ut vocis nativa fert amaritas,
Namque olli ſcalpit Amor dura praecordia:
O mihi Alpino Nympha corde improſpera,
Nuſquam coctiva Nympha aut propitiabilis,
Quoi circa pectus robur eſt, & aes triplex,
Sinito per undas luſitare caerulas
Thunnoſque, Scolopendraſque, & luci cubantes Uranoſcopos;
Quid tibi cum noſtri Patris Neptumni ſalſilagine?
Quid tibi cum roriſluo Congrorum, Salparumque commercio?
Nunquid de illis tibi redundat incrementuli,
Nedum ulla voluptas ſolida, ac divitatio?
Aliovorſum, aliovorſum, noſtra amicalis puellula,
Ad noſtrum contende lucum properantiſſime,
Late frondiferum, fructuoſum perbene,
Fundum nulli ſecundum, optumum maxumum,
Haud tibi, credo, injucundum boſpitaculum;
Atque ego, ut fert lucorum genialitas,
Tibi donum donabo, ut primum veneris,
Haud pro domicoenio, ſed ſimplici pro jentaculo,
Centum gravidatos lacte fiſcos junceos.
Heic mecum tota rureſcens, ſuggeſtu in caeſpititio
Conſidens, noſtra amica pol germanitus,
Coronabis, quom volupe erit, ruſticatim ſerto querceo
Petulcum arietem, feroculum, cornifrontem quadrifariam.

XLVI.

Le foltiſſime torme irte, e lanoſe,
Di cui ſon Prence e Re; l'opaco boſco
Mia Reggia; e le canzoni armonioſe,
Con cui sull'arpa molcio ogni mio toſco;

Il Chio, e le vendemmie pampinoſe,
Onde il mio lume anche al meriggio infoſco;
Il bianco umor delle taurine ſpoſe,
Ch'empie mie ſecchie al luſtro Cielo, e al foſco;

Gli ſpaſſi inſomma ed ogni mio traſtullo,
Con cui l'interno mal par che s'alleggia,
Senza te, Galatea, vagliono un frullo:

Ma quando il mio gran ciglio te vagheggia,
Godo ſenz'arpa, e ſenza boſco nullo,
Senza vin, ſenza latte, e ſenza greggia.

La

XLVI.

Pecuda armentoſa turmatim, & lanitio hirtipila,
Quorum ſum Conſul, immo Endoperator ter inclutus,
Ut monarchia fruiſcar pecuaria
Altithronus, jure meo dominans, adeſpotus;
Nemuſque noſtrum, Polyphemi Regia,
In quo propono edicta, leges perfero, atque principor,
In quo mira, ac miſtiſſima ineſt codicum pollucibilitas
Daphnica, ilicea, querna, abiegna, cerrea,
Necnon centum aliae arbores grandiſcapiae;
Innumeri noſtri numeri Camoenales multimetri
Haud aequiformi verſu, & extenſipede,
Permiſti ſenariolis dulciſluis
Haud ſane plebitatem reſonantibus,
Queis curas levo Cyclops ſambuca ludibundus,
Omnemque blandum indulco acerbitudinem,
Cordiſque aſpreta mulceo ſuaviter;
Bacchus laetitiae dator diadematus capreolis,
Quo noſtrum lumen in media caecutit luce;
Taurearum maritarum latex lactineus,
Quo calathos largitus offercio, & mulctralia
Montanus Cyclops, curvifrons lactarius
In utraque diei luce crepera;
*Demum ocium, quo ignaveſco, & omne meum * ſolacium,*
Quo noſtrae ſaepenumero occurritur tetritudini,
Te ſine, Nympha, ſunt aſpernabilia,
Et cuncta, ecaſtor, caprae bacca haud aeſtimo.
Sed quom contemplor Cyclops infans ſtatua
Illectamenta voltus voſtri nitibundi;
Gaudeo muſicae inopioſus dulcitudinis,
Nec hilum obſtante ſaltuum privatione,
Sine lacte, & temeto, & adipatis ſucculentis pecubus.

* Pro *ſolatium*, occurrit in Pandectis Florentinis.

XLVII.

La frondoſa verdura all' aura eſtiva
Dolce è il goder tra bufoli, e montoni;
Dolce guatar per erte e per burroni
Pender d' atri capron turba laſciva;

Dolce talor dalla muſcoſa riva
Mirare in alto mar Ninfe, e Tritoni;
Dolce il ſentir nel cupo verno i tuoni
Dalla ſpelunca mia di luce priva;

Dolce al Luglio veder ſpalmata poppa,
Che l'onde ſolchi rattutate e dome,
Senza timor di torbida marea:

Ma più dolce è veder te, Galatea,
Sciogliere all'aura, e pettinar le chiome,
Quando eſci al margo a' delfinotti in groppa.

XLVII.

Suave fruiſci viriditatem puberem,
Atque aeſtivalem ad auram Tempe florea
Inter nigrantes cornu inflexo bubalos,
Inter & mares ovium arietarios;
Suave dumoſa procul videre de rupe
Barbigerarum uxorum olentes compares
Pendentes, perſultantes laeta pabula
Gratanter, appetones eſcae herbaceae;
Suave Mari magno ſpectare algoſo e litore
Nereides ludibundas cum Tritonibus,
Conſpiciendas artuum puritie
Per ſalis planitudinem, & lenes flucticulos;
Bruma adulta, ſonore perterricrepo
Suave auſcultare ex antro meo tonitrua,
Quibus brutam tellurem Bronton Jupiter
Curru invectus repoſtis quatit ſedibus,
Dum late ſtrepit atricolor diluvialis irruptio,
Ego & perfundor mira dulcitudine
Stratus ignaviter crypta tenebrica
Impervia diei telis lucidis;
Suave in caldore Julii incendioſiore,
Quom atrox Canicula taedam ſublimans flammicremam
E Mundo candentes facit aërios ſpiritus,
Spectare unctam labentem mareplacidam
Securam ventorum Induperatoris magni Aeoli
Ceteros obſtringentis, praeter Zephyrum,
Quo duce impellunt lintea leniſſimae animae:
Verum eſt longe ſuavius certe edepol equidem
Aſpectare te, Galatea, dantem ventis diffundere
Aurei fulguritatem capillitii,
Illud dentoſo aut percurrentem pectine,
Quom ripam, enubilatae ritu Cynthiae,
Viſis, fauſto revecta ter quater pede,
Delphinibus dorſuoſis atque obeſulis.

Illa

XLVIII.

Quella, per cui l'irto mio crine acconcio
Del tranquillo Ocean ſul terſo ſpecchio;
Per cui mandar ſotterra m'apparecchio
Quell' importuno Satirello, e ſconcio;

Quella sì altera dal ſuo labro acconcio,
A cui penſando innanzi tempo invecchio,
E 'l diſteſo dall' uno all' altro orecchio
Mio ciglio già col pianto ho sì malconcio;

Quella, per cui di fiamme ognor avvampo,
Quella, che da me lungi i paſſi volve
Co' ſuoi Delfin per lo ſalato campo:

Se farmi lieto un dì non ſi riſolve;
Di ſue rare beltati al vivo lampo
Ridurrà Poliſemo in poca polve.

XLVIII.

Illa, quojus ergo cirros decorabiliter
Como ſuper liquida nitiditate Oceani,
Lympharum in ſpeculo memet ipſe ſpeciens
Perlepidum membraturae planitudine;
Illa verecunditer punicans infantula,
Ob quam laboro exanimalem facere
Illepidum illum mihi importuniſſimum,
Infeſtum, indigeſtibilem Cornipedem,
Illumque orbatum jubare almo Solis lucifici
Loca ad ſilenta demittere & domum Plutoniam;
Illa concinno tam labro ſuperbiens
Semihiulco dulce nativo gelaſino,
Immo tot e concha eviſceratis unionibus,
Quojus dum volvo ſpeciem ſuaviſſimam,
Oſculabundus nequicquam Cyclops macore ſeneo, &
Non intellecta mî obrepit grandaevitas,
Et quojus gratia aegreſcens haud medicabiliter
Decumanum bocce lumen ſplendoriferum
Lacrumis male mulcavi, quinimo peſſume;
Illa, quojus ergo animum comeſt Cyclopium
Virens indeſinenter flamma in pectore;
Illa, quae celeranter per campos ſalis
Pandos urgens delphinas, ritu fulminis
Noſtro ab conſpectu abvolat atque elabitur evanida:
Si ſua pervicax obduraverit in duricordia;
Non uſitata pulchritatis magnitudine,
Qua incedit ſuperbiter dotatiſſima,
Ceu depaſcente igne devoratorio
Polyphemum jam tandem adiget lugubriter,
In pulverem ut fatiſcat limi principis.

Ebeu!

XLIX.

Oime'! ſentomi tutta indolenzita
E la teſta, e 'l torace in grave aſprezza,
Per la gravedinoſa pituita
Dalle radici il cranio, oimè! ſi ſpezza;

Poichè battendo ognor la via men trita
Per trovar lei, di cui ſol ho vaghezza,
Nella notte più fonda e più romita
Tutta mi aſſorbo la notturna brezza.

Il monocolo, atroce, irto Gigante
Starnutando movea per le contrate
Altro che taratantara guerreſco!

Il pero, il melo, ed il cotogno, e 'l peſco
Piovean lor frutti, inſiem con altre piante,
Come ſe ſtate foſſer batacchiate.

XLIX.

Ebeu! ebeu! nimietate ſcaeviſſima
Catarrhuſque & gravedo ſupercorruit
Non ſine muci, & malae pituitae colluviario
Quatefacientis miſeranter caput triſiſſile;
De nare loquor madida coryza balbutiens,
Et Dî faxint ne vergam ad tabitudinem:
Fluentiae pravitas, viſcoſa craſſificatio,
Unde omnis pendet narium oppilatio,
Intulit etiam thoraci noxitudinem;
Gramioſuſque oculus moeſtificatus atrociter
Opus habet, ei ferat opem praeſentaneam
Chirurgus ocularius nigro collyrio.
Cauſſa praeſto eſt: nanque calcans conſtantiſſime
Humano minus tritam ſolo ſemitam
Illius ergo, quam exſenſa mente, immo amens amo oculitus,
Et antro abnoctans inconniva vigilia,
Sub ſilentioſo noctis profundae conticinio
Arctoum frigus glutio rigidiſſimum,
Urentes glacierum perminutarum aculeos,
Atque quidquid nocturnae eſt inclementiae,
Hei! congelaſcens ima fibra medullitus.
Felliſluus trux Gigas immanis unoculus
Superadjiciens ſternutamenta crebriter
Plus perpol, quam belliſonus dicebat taratantara:
In numerum decidebant mala Chryſomeliána,
Et decumana libralia pyra in numerum,
Necnon & cano obducta poma lanitio,
Non ſecus atque quaſſata longurio,
Prae ſternutationum impetu aequipollenti.

L.

Specchiandosi al mar d'Etna in faccia ſmunta
Polifemo, ove l'acqua non gorgoglia,
Tra se diceva: par che Morte voglia
Far ſue rapine, e al limitar ſia giunta:

Quando dunque la cruda avrà conſunta
Queſta fral, che mi copre, immenſa ſpoglia,
E fia che 'l mio gran lume al Mondo toglia;
Voi Ninfe almen con acciaiata punta

Vergate ſul macigno, che naſconde
L'oſſa mie decumane in lino asbeſto,
A lettere onciali ample e rotonde:

QUI. SITO. E'. POLIFEMO. OSPITE. PIÙ
NON. RICERCAR. GIA'. SANNO. TUTTO. IL. RESTO
L'ORTO. L'OCCASO. E. FORSE. ANCOR. PIÙ. GIÙ

L.

In aquai levore & ſuperficio Cyclops ſolitarius
Amoris prope funeratus ictibus,
Se videns macentem miſera macritudine
Oſſa atque pellem emedullatis viribus,
Coriaginoſi jumenti inſtar vapidi;
Mors jam videtur oſſeo pallidula
Pede pulſare cryptam, ajebat, Cyclopeam,
Sic jubente Gnoſii Rhadamanthi urna aeternali.
Quando igitur immenſa fuat peſſumdata
Noſtrarum exuviarum circumjectio,
Lumenque bocce noſtrum radiatum pompaliter
Gelido Libitinae nigrore occaecatum occiderit;
Vos beneficiſſimae ſaltim Nymphae rurigenae, ac pelagicae,
(Nam ſtat nil ultra nervos, atque cutem Morti concedere)
Malleolo, & celte, ſi vobis commodum fuat,
Litteris ſcalpentes luculentis maxumis,
Polyphemum quales addecent depoſitum,
Titulum infigitote noſtro cippo oſſuario,
Benivolentiae voſtrae publicum in nos teſtimonium:
BONAE. MEMORIAE. ANIMAI. INCOMPARABILIS
RESISTE. PAVLLISPER. SEV. CIVIS. SEV. EXTERRANEVS
SEV. INTRAMVRANVS. SEV. EXTRAMVRANVS. SEV. CIRCVMCOLA
HOC. SITVS. EST. POLYPHEMVS. REQUIETORIO
QVISQVIS. ES. HOMO. HOC. DVNTAXAT. TE. SCIRE. VOLEBAM. ABEI
RELIQVVM. RECOCTA. CRAMBE. FVAT. PVTIDIVS

LI.

Giacchè di ſalvaggina omai ſi eſtingue
In me la bramoſía, hommi propoſto
Non più cacciar lioni, e cervi, a coſto
Di perder anche un Cerbero trilingue:

Voglio leſſo in paiuolo un paſtor pingue,
E ſulle vive brace un altro arroſto;
Così voglio paſſar Luglio, ed Agoſto,
Forſe che fia che 'l ventre mio s'impingue.

Intanto, o mio Faunetto, quel gran deſco
Sfuliggina ben ben, ſtura Lieo,
Il foco appiccia, or che a predare i' eſco:

Che poi di mia Nerina, a mille a mille
Brindis farem col pretto Maroneo,
Alle azzurrolucifere pupille.

Poc'

LI.

Ferinae quoniam nos cepit ſaturitas,
Quae noſtro facit cruditationem ſtomacho
Suo glutine indigenitali reſinaceo,
Apud me ſtatui temperare ab venatura
Leonum, pol non amplius leontophonos,
Ac cervorum, non amplius nebrophonus,
Etiamſi occurram beluis vaſti corporis,
Quales a nobis paſſim occiſitantur uno digitulo,
Etiamſi fuat integrum mi figere
Errabúndum per lucos terticepſon Cerberum.
Cupio arte elixatum coquinatoria daptice
Paſtorem coliphio firmum, & commembrata compagine,
Paſtorem opima opimatum pinguitia,
(Humanae quippe major fuat teneritas)
Inque prunis aſſatum alterum deincipem
Oppletumque fartura infanticidii,
*Ut ſiet nobis prorſum * porcellus Trojanus:*
Sic ſtat ſtellam tranſigere Erigoneïam
Totamque aeſtatem, atque ex ejuncido pingueſcere.
Interatim, tu Polyphemipor, *illo de caccabo*
Congeriem fuligineam deverrito,
Dolia omnia, omnes ſerias mox reline,
Praegnaviterque detrulla & elutria,
Igni nutrimenta fove, ignem accendito,
Praedonio more, noſtra multivorantia
Imus dum nos vaſtatum tuburcinabundi.
Quom fuero revorſus ter bona alite,
Una propinabimus cyathiſſantes proſperiter
(Meus nam fuas coëpulonus, nec ero ſociofraudus)
Meae Nymphae ſapphirinae thalaſſinae
Pupillis caerulantibus luciferis.

Binos

* De *porcello Trojano* vide, ſi vacat, *Petron.* necnon *Macrob.* Erat minutioribus animalculis fartus, non ſecus ac durateus ille equus Trojanus armato milite.

LII.

Poc' anzi duo villan carnuti io ſcelſi,
E or or nell' antro mio fia che gli ſpolpe,
Nè a ſalvargli baſtar ſcuſe o diſcolpe,
Gli arroncigliai ſotto a quei bianchi gelſi.

Queſta mia ſcimitarra infino agli elſi
Ancor tu proverai, malnata volpe,
E punirà tue nequitoſe colpe
Il Paſtor, che pareggia i monti eccelſi.

Chi irrita, Aci, il mio fiel, l'alta mia rabbia,
Meglio invero è per lui che aſilo e vallo
Fuor del gran globo Mondiale ei s'abbia;

Che o tardi, o toſto il giungo ſenza fallo.
Diſſe, e ſparſe co' piè, fremendo, ſabbia,
E intorbidò dell'onde il bel criſtallo.

LII.

Binos nuper ego paſtinatores pinguiſſimos
Carnufex lanionius, e Confectuariorum Conlegio,
Ceu pipiones puſos in ſinum ſuſtuli;
Et mox in antro morſicatim illos lureabor meo,
In antro, mea lanienâ ſanguinaria,
Jugulans, decollans, evirans, exdorſuans, exenterans,
Atque Pontificale prandebo prandium:
Homonum manduconem incongreſſibilem
Non me movere verba delenifica,
Non ejulatus eorum & pipatio;
Famelicoſae eſurici catus conſulens,
Lacertorum toris, & graſſatura Cyclopea
Illis ſub moris candidis eos intercepi mancupio.
Et tu ecaſtor ſtuproſus, & tu furcifer,
Vulpem qui aſtutam vapido ſervas ſub pectore,
Ad omnes nate trifurcifer falſimonias,
Rhompbaea bacce confodiere capulo tenus,
Quae mire geſtit ex te fartum facere,
Et brevi illam confido conſolarier,
Punietque boſtícapax tua impermiſſa gaudia,
Tua peccata, tuas plectibiles impuritias
Coloſſus celſitudinem ſidereus,
Paſtor ſupremos corpore montes aequiparans.
Qui mî irritaverit, Aci, fellis ciſtulam
(Omnia quippe annotamus in adverſariis
Littera haud fugiente, gravi graphio)
Opus eſt olli, ut aſylo plus edepol, quam adamantino
Extra Orbem ſiet circumvallatus perbene;
Nos ſecus detrectare ſuat vaniſſimum,
Nam aut ſero, aut properiter mî fiet ſubjectívus!
Sic ait, neſcio quid infrendens barbarum,
Spargenſque arenam pedibus collectaneam,
Pontum obturbavit perſpicuum, ciens hyemem.

Stria-

LIII.

Fissando al Mar la torva cera e bruſca
Il Moſtro Etnéo, sulla cui fronte altera
Rotondo a guiſa della Delia ſfera
Un lume ſol fiammeggia amplo e coruſca;

Sì diſſe a Galatea: ſon gito in buſca
Di te da ſtamattina infino a ſera,
Nè pur ti ho trova, o Tigre alpeſtra e fera,
Ch' Aci ſol la tua mente ingombra e offuſca.

Ma quando eſci del Mar, l'ora funebre
Giunta è per te; ti aſpetto al varco eſtremo,
Galatea cruda più d'orſi, e colubri.

Così ſi renderà noto e celebre
Da' gelidi Trioni a' lidi rubri
Il Galateicida Polifemo.

LIII.

Striata fronte, quoi nullum unquam inductum eſt tentipellium,
** Minitabundus obtutu Mare Siculum obtuens,*
Torvaque triſtitate horridus & ſeveritudine,
Quae voltum ſemper alligat ſeveriter,
Portentum Aetnaeum, ſuper quojus fronte maxuma
Gyratum Hyperioniae inſtar omnituentis rotae
Lumen unum ardeſcit luculentitate magnifica,
Sic eſt Galateam affatus minitabiliter:
Ego odoriſequus hittio a mane ad Heſperuginem,
Si qua forte tui occurrant errabunda veſtigia,
Huc illuc actus, faſtidiliter hippacans,
Nec te tamen invenio, o Tigris truculentiſſima,
Nam te Acin laſcivulum tenere, in aprico eſt omnibus,
Tuaeque emollidae mentis luminibus officere;
Inde tanta in Polyphemum cordis ſaxitas,
Tam perſeverans obſtinata ſurditas!
At quom ex aquis caerulis te meridiatum expedies,
Commonita toties monela noſtra privatim, publicitus,
Terra, marique, ſaeviter, blanditer cotidie,
Peribis ſine ullo opitulatore immiſericorditer
Jugulata caeſim noſtro parazonio,
O Galatea urſino, colubrinoque ingenio.
Sic oriente ab Sole ad obeuntem praeclariter
Famae pervectus penna non ſolubili,
Trans gentes, trans regiones, trans provincias
Tranſdanubianas, tranſauſtrinas, ſeptentrionarias
Caeli convexionibus diſſunctiſſimas,
Moribuſque, ac ſermone valde diſſonas,
Innoteſcet Polyphemus ** Galateoctonos.

* Horat. de Cleopatra: *Fatale monſtrum, quae &c.*
** Quemadmodum *tyrannoctonis* ap. Cic. ad Att. Lib.XVI. Ep.XV. & *Saurocthonon* ap. Plin. Lib. XXXIV. Cap. VIII.

LIV.

Quando il profondo mar ſta in lieta calma,
E limpido traluce il molle vetro;
Al barchettin, cantando in dolce metro,
Aci con Galatea fan doppia ſalma;

Aci, che al Moſtro rio toglie la palma,
E nel cor della Ninfa ottien lo ſcetro;
Così dolce cantando entrambi, indietro
Laſcian le rive, e ſi riſtoran l'alma.

Fuggon per la tranquilla onda infinita,
E in teſtimon di lor ſoave fiamma
Chiamano Teti, Dori, ed Anfitrita.

Intanto, o Poliſemo, a dramma a dramma
Solo ti ſtruggi, e in riva erma e romita
Ti diverti a cantar qualche epigramma.

LIV.

Quom fluctus flacceſcunt malacia tranquilliſſima,
Et ſtrata ridet aequoris pellacia
Criſpati amoeniter inſuſurrante Favonio;
Ad navigiolum belle umbratum parada
Acis, & Galatea cantillantes properant,
Tranſtriſque & hinc, & illinc conduplicant ſarcinam;
Acis, qui palmam Monſtro fero praeripiens,
In Galateae imperitat ſceptra regens corculo,
Nymphaeque ocellus eſt dexter, & paſſerculus
Bellulus, modicellus, blandicellus, amorificus;
Sic vocis ſymphoniaca mollitudine
Invicem ſe amoenantes ſalutariter,
Provehuntur in altum, & recedunt litora.
Fugiunt ter fortunati lenuncularii
Per immenſum jacentem pontum liquide
Perque amplivagi Neptumni corpus oleo tranquillius,
Salemque raptim ruunt ſpumifera palmula,
Teſteſque citant colliqueſcentes mutuiter
Et columbatim congruentes concorditer,
Dorin, Amphitriten, atque Thetin cumatilem.
Tu interim in deſertiſſima ſolitudine,
Infelix Polypheme, defrudans genium,
Amittens & corpus, diffluis ut candela ſebacea,
Stillatim liques, contabeſcis gracillimus,
Amaritate concoqueris cruciabiliter;
Otiolumve omnifariam delectans litteratum catus,
In molliſſimo ripae ſeſſimonio
Stratus membra haud raventer aquae ad conceptaculum ſacrae,
Ne penitus putricavus maraſmo marceas,
Funditas ſiciliſſans animi ergo epigramma bucolicum.

LV.

Videgli un giorno insieme il Gigantaccio:
Mugghiò qual tauro, e fischiò qual colubro;
Quindi nel Mar precipitossi avaccio
Col ciglio più che fiamma acceso e rubro;

E perchè'l flutto non gli sia d'impaccio
A compiere il desir fero insalubro,
S'apre il sentier col formidabil braccio,
Braccio da smantellar torre, e delubro.

Per raggiugnergli sì di rabbia cieco
Tutta la forza gigantesca adopra,
E i liti, e gli antri agli urli suoi fann' eco.

Fuggon quei come daini, o come innulei,
E Galatea vedendo il Mostro sopra,
Chiama in soccorso i salsi Dei cerulei.

LV.

Illos forte fortuna proſpexit Cyclops
Celſus una ſulcantes ponti tergora;
Nec mora in furias ruit demens ignemque,
Taurino ritu mugiens feraliter,
Ac lingua vibrabunda horrendum ſibilans
Multiſonoris ſibilis colubrimodis;
Inde vecors impatiens ſufflaminis
In patentis Neptumni arva ſalſa ſe dedit protinam
Uberoſo rubore igniſluo flammivomum
Scintillans oculum, velut ſuppoſita face
Acherunticae cohortis furialis anguicomae,
Turbas obturbans maxumas, ſummuſſante cano Patre:
Utque inſulatus fluctibus non caſitet
Per ſpumeſcentem ponti late faciem,
Extra caeruleatarum alta aquarum ſupereminens
Brachio pyrgopolinice bacchatim ſternit itiner
Accumulatione undarum ſeſe ablaqueans
Torva confidentia, praeviridante robore
Monſtrum horrendum, informe, ingens, parricidialis animi.
Ad illos aſſequendos totam vim exſerit
Cyclopeo conſentaneam potentatui
Ira felloſa undiquevorſum confremens;
Terribiliterque crepat plangor ululabilis,
Et ſaeva, non jocoſa vocis imago recinit
Offenſa in caecae abyſſi profunditate altiſſima.
Celeriſſimi illi fugitant omnipavi Monſtrum imminens,
Et Galatea clamat Deos virides
Subſidiarios infimis precibus.

Anni

LVI.

Nella ſtagion, ch' Etna di neve imbianca,
Quando l' opaco Ciel di nembi è carco,
E gli arbuſcei ſotto il nevoſo incarco
Gemon colla foreſta tutta bianca;

Polifemo, cui mai non ceſſa o manca
Di ſaettare Amor col valid' arco,
Eſce alla riva, delle Ninfe al varco,
Che di ſtar più rinchiuſo omai ſi ſtanca;

E ſcorgendo che Nereo è in iſcompiglio,
E vedendo che 'l Sol tra nubi alloggia,
Dice rivolto al Mar queſte parole,

Coll' indice moſtrando l' arduo ciglio:
Venite, o Ninfe, che partío la pioggia;
Ecco l' Arcobaleno, ed ecco il Sole.

LVI.

Anni tempeſtate, qua ninguidus Aegoceros
Nivali ſtratura facit Aetnam candidam,
Nimboſque molitur Aquilonis ſtridor horrifer,
Arbuſculaeque decuſſo honore frondeo
Laborant ſqualidae glaciali ſub onere,
Silvaeque gemunt triſtificae hyemis magnitudine;
Cyclops aucupabundus mulierarius,
Immanis Cyclops, quoi Cupido ingeminat
Suo arcu ineluctabili vulnifico
Aureas ſagittas foecunditate reſtibili,
Prodit ad ponti crepidinem Nymphas aucupans;
Mulieroſum quippe ſummo taedet opere
Se domi continere ob dies algidos,
Qui olli bilem ſplendidam in naſum conciunt:
Sentienſque imo volvi fundo Nerea
Undarum globis confertim concurſantibus,
Solemque ſtabulantem obnuptum nubibus ſpurciſſimis,
Suo quas ſpiritu cit Auſter imbricitor,
Caelumque cernens haud facul adapertile,
Ac Finitorem indupeditum vaporum ambitu
Nebuloſitatumque denſo farcimine,
Ut plane poſſit dicier impuratiſſimus,
Cyclops ebrioſus pergraecator vinivorax
Haec cornicatur ad Mare verba non ſobria,
Indice intento luminis arduitatem indicans:
Huc, huc adeſte, quaeſo, Oceanitides,
Jam vobis dieſcit Serenator Jupiter,
Qui videbatur prius eſſe irrecuperabilis;
En Iris arquata, licet non multicolor,
En Sol & folgens, licet non Caeligena.

Men-

LVII.

Nel verno, quando già la Notte ſurge,
All'agne il gran Paſtor chiude la sbarra,
Ed ammantato d'iſpida zimarra,
Che co' ſuoi velli il freddo eſclude ed urge;

Dal monte ſcende in riva al marin gurge,
E cacciata una ruſtica chitarra,
D'Aci alla Ninfa l'ignominie narra;
Che la bile al ſuo cor formonta e turge.

Ma 'l Satirel, che 'l ſente in cruccio e in ira,
Galatea, Galatea dalla campagna
Due volte grida, e sì lo ſcherne e calca.

Il Ciclopo ode il nome, e acceſo gira,
Mentre la Luna il ſuo bel raggio falca,
A tondo a tondo tutta la montagna.

LVII.

Menſibus hibernis, quom Nox ſignitenentibus
Revecta bigis late occaecat aethera
Silentioſum nimbo caligineo,
Noctuabundus immanis upilio
Mandram gregum oviaricorum cludit textis cratibus,
Atque ſetoſa circumamictus paenula,
(Quis porro paveat noctium occurſacula?)
Quae pili hirſutia arcet mala frigora
Brumae horridae nivoſae & intractabilis,
Deſcendit pedetentim ad pelagi finitima:
Atque ibi cava cithara ſolicanus
Nymphae Acidis probra narrans ter maledicax,
Ac mendaciloquus verſute conficitans
Dedecorationes mille, haud abſtinax
Satyriſcum inſectatur omni contumelia
Deboneſtatque diris, & collutulat
Lotiolente, dum citharizat fanaticus;
Olli nam bilis pol turgeſcit vitrea
Ex jecoris imo fundo in naſum concita,
Atque vehementeſcit acritudo Cyclopia.
At Paniſcus clangore ac ululamine
Commotus mirum quantum ſibi noxio,
Galateae nomen proclamans geminat Batti vitio,
Gravi & Cyclopa conſpuit ludibrio,
Nec nauci facit, & conterit proterviter.
Cyclops auſcultat nomen noctuvigilus,
Ac ſuo rivali omnia obſcaevans mala
Muſſitabundus, multivius rotatione zelotypi
It, redit inordinatim, relegit veſtigia,
Inquietatus denuo vecors obambulat
Totam Aetnam, circumcircans montis ſalebras
Quantum non oberret milvius altivolans,
Dum per primos circlos amphitheatri aſtriferi
Olli imminet Jana tergemina corniculanti radio.

LVIII.

La ferrea Parca ad atterrarmi venga,
Giacchè la Ninfa a impietosir non giungo,
E ognor per doglia insano ardo, e mi emungo;
Senza che mai la sete mia si spenga.

Io non so come in vita mi mantenga!
A che più folle il viver mio prolungo?
Ma non trovo Cipresso così lungo,
O Pin, che penzolone mi sostenga.

O Polisemo, giù dal colle spicca
Imperterrito salto, onde ti domo:
Ma crollería con te Sicilia tutta:

Perchè mai Terra sì famosa, e ricca,
Per un capriccio tuo restar distrutta?
Va, e fa dal monte giù cadendo il tomo.

LVIII.

Morta tenax ſententiae, non exorabilis
Secet vitai ſectilia longa ſtamina,
Inſperato cadente fuſo tetrico;
Nympha ſiquidem alſioſa mederga, nec favorabilis
Ad noſtras obbruteſcit querimonias,
Queîs glomerarius irrauceſco jugiter, inaniter,
Necnon ad noſtras lapideſcit lacrumas,
Queîs numquam ſiccoculus voreſco in aquas liquidas,
Sphaeram hanc foedans quadrifluam, immo multifluam;
Nympha ſiquidem Endymionéum affectans ſoporem, &
Dormiens in utramque aurem tranquilliſſime,
Noſtram deridet ſtuporata combuſturam,
Noſtrum contemnit ſaxuoſa carnificium,
Quo conficior ſaeviter exardeſcente flamma penita,
Nec unquam gravis acquieſcit flagrantia,
Nec unquam pectus ardens aſpergitur guttula.
Ut ut ſenectus haud mihi ſiet inclinata & occidua,
Ut ut flebili nondum audiam defloccatus calvitio,
Quo pacto poſſim vitalis eſſe neſcio attamen
Infra Jovis convexa deſperatiſſimus:
Cur porro ſtultus ego vitam aſperitudine
Omni refertam appetiſſa in longum proferre?
Res redibit ad reſtim ſolemniſſimam;
Sed invenire nobis non eſt integrum
Sive pinum, ſeu perticam cupreſſeam
Tam longa meta proceram & aſtris conterminam,
Qua, Morta invita, fiam haud mora oligochronius
Cervicem indupeditus curraci laqueo
Miſer faciundo litteram longiſſumam;
Arboſque ſiet biſtoria praedicabilis.
Heus, Polypheme, collis ab cacumine,
Animi puſillitate amota, ſaltu querquero

LVIII.

La ferrea Parca ad atterrarmi venga,
Giacchè la Ninfa a impietosir non giungo,
E ognor per doglia insano ardo, e mi emungo,
Senza che mai la sete mia si spenga.

Io non so come in vita mi mantenga!
A che più folle il viver mio prolungo?
Ma non trovo Cipresso così lungo,
O Pin, che penzolone mi sostenga.

O Polifemo, giù dal colle spicca
Imperterrito salto, onde fii domo:
Ma crollería con te Sicilia tutta:

Perchè mai Terra sì famosa, e ricca,
Per un capriccio tuo restar distrutta?
Va, e fa dal monte giù cadendo il tomo.

Inferas in convalles te da praecipitem ;
At tecum ecaſtor rueret caduciter
Itala jam ab tellure avulſa ac ſicilita Sicilia :
Quorſum provinciam ubere glebae fertilem ,
Oram Triquetram inclutam famigerabilem ,
Solo animi impetu ac ſimplici volentia ,
Exitio dare ferali atque fletifero perceleriter ?
Quorſum ruinam terrai opulentae moliri ,
Quam nulla minitent indigitamenta Pontificum ,
Non pullaſtrae faſtidienter pultiphagae ,
Avolantes , tripudio haud ſoliſtimo ,
Non oſcines , non praepetes , non Haruſpices conjecturaliter ,
Non ſulphuratus Jovis ignis boatu terriſono ,
Non denique auditi reptantum occentus ſoricum ?
I potius , Polypheme , & te vortens in caput
A monte deorſum , pauxillatim mórere
Inter vepreta membratim lancinatus feraliter ,
Volutabundus voluratim vòlubiliter .

LIX.

Quando face la bruma i dì più corti,
E forza acquista il diamantino ghiaccio,
Dopo una corpacciata di migliaccio,
Io vini adopro i più polputi, e forti;

Ed i triſti penſier fugati e morti,
Mi rido ancor dell' amoroſo laccio,
Nè curo lei, per cui tuttor mi ſfaccio,
Che gli antichi miei ſpirti ha domi, e abſorti.

Dunque, mio Satiretto, fondi, fondi
Staſera a piena man: quanto ſon belle
Queſte manine tue, quando riſondi! . . . .

Non più . . . . già Bacco lo 'ntelletto imbruna,
Girandole mi ſembrano le ſtelle,
E capitombolar veggio la Luna.

LIX.

Quom bruma diem interiore trahit gyro,
Iterque Phoebus exigit contractius,
Regnatque nivalem per Orbem imperiosius
Ventorum Pater Boréo frigore penetrabili;
Damnose manducans, ne prorsum inultus moriar,
Post plenam saturitatem pultis farinariae,
Ego Sicana depromo diota benignius
Quadrimum merum ignitum corpulentius,
Quoque ipsus gaudeat Dionysus vitisator,
Quodque mentem e statu dimoveat, quodque caput scotomet.
Et tunc fecundis scyphis natis in usum laetitiae,
Atque illis meis crapulosis haustibus,
Baccho duce gaudiali, quam minimum postero credulus
(Siccis omnia nam dura nos proponimus)
Edaces ablego foras solicitudines,
Secludo curas cogitatusque carnifices
Oblivioso cuncta mersans Massico
Vinipotor Cyclops, gigantéus pultiphagonides;
Nec moror vincla, queis Amor nos impeditat,
Nec Nympham ipsam, pro qua cassesco mucidus,
Pro qua inquietus, mentis bellum milito,
Quae pristinos Polyphemi spiritus repressit regios
Tota exsucti medulla, alite lugubri.
Ergo, mi Satyrisce, inger mi calices
Fecundiores, dum nox est concubia
Et alta quies ubique: quam sunt pulchellae, Jupiter!
Istae manciolae tuae, quom superingeris . . . .
Sed obe jam satis est, obe, obe jam satis . . . .
Crepusculascit Bacchi vi intelligentia,
Noctilucernas circumvagas circumtueor,
Caelum astrilúcum susque deque vicissatim thyasos
Lyaeo inducit fanaticos viripotenti, viticomo,
Globumque Lunai lucentem non sanus cerno
Variis assultibus agitantem equos desultorios.

Qui

LX.

Chi vuol veder novo portento e ſtrano,
La roſea Primavera a mezzo verno;
Allor che più lo agghiada il freddo interno,
Vegna con Poliſemo al Mar Sicano.

Sì vegna pure, e palperà con mano
Se i detti miei ciò, che promiſer, ferno,
Nè ſcioperato abbaiatore eſterno,
Nè mi rampognerà parabolano.

Ivi vedrà Dea, che dal viſo ſiocca
Roſe, gigli, liguſtri, ed amaranti,
E tutti i vaghi fior del Tempe Emonio;

Sentirà uſcir dell' alitoſa bocca
Odor di Maggio, che ricrea gli aſtanti,
E le parole ſue ſpirar Favonio.

LX.

Qui avet videre mandandum nepotibus
Seris, cedroque linendum imputribiliter
Miraculum profecto portentificum,
Roſulentum Ver, inverſum dum contriſtat annum Aquarius;
Cum Polyphemo Sicanum ad aequor ſe conferat:
Et tunc expertione olli liquebit claritus
Quanta ſiet Polyphemo verimonia,
Nec mihi id vortet ſcurrae hiſtrionalis vitio,
Nec me agyrtae inuret, aut paracharactae nota,
Et, ut confido, apud illum ego non audiam
Biſulcilingua, vel paratragoedians;
Numquam pol Polyphemus vaniloquidórus fuit!
Nec tantum Cyclopa decet fallaciloquentia!
Ibi contemplatione multa rimabundus
Floridulam tuebitur virgunculam,
Ibi Deam admirabitur ſpumigeram,
Quae ninguit roſis, amarantis, violis,
Lacteoliſque floſculis Junoniis,
Et quoi intégra eſt facies floricolor,
Ubi Cyclops fruſtra avet eſſe florilegus;
Ore ſentiſcet erumpere balſameo
Tempicam ſuaveolentiam languificam,
Vernum odoramen inſitum nativitus,
Prae quo ſtacte, necnon amaracinum ſuat nautea;
Et verba articulata perquam dulciter
Blandum ſpirare ſpiritum Favonii.

LXI.

Dove lunga di Pini ombroſa chioſtra
D'opachiſſime ſcene alza coperchio,
D'intorti tralci ornato il crine a cerchio
Polifemo briaco al ſuol ſi proſtra:

E, o Fauni, eſclama, or chi di voi mi moſtra
Lei, cui per vagheggiare omai ſoverchio
Con le lagrime mie Simoenta, e Sperchio,
Galatea il mio mel, la mia coloſtra?

Via su, ſchiera capripede, galoppa,
Quà mi reca di Dori il più bel ſangue;
E s'io non premierovvi uno per uno,

Poſſa ſtatinvernar ſenza la coppa
Di vin bianco, dorè, vermiglio, o bruno,
Onde la facultà viſiva langue.

LXI.

Ubi Cybebes arbores longo ordine
Conſtipant late umbracula ſcenalia
Sacro contegentia horrore ſolum plantigerum,
Circulatim exornatus cirros palmite
Cyclops meraco praegravis, Cyclops bibo
Venerabundus incurvicervicus procumbit humi
In multiramium truncorum interordinio:
Et quis, o Fauni, exclamat, quis voſtrum mihi
Nunc ſiſtat heic foemellam, quojus gratia
Lacrymabundus jugitate lugii
Ebeu Sperchium, ac Simoënta fluctuoſum
Lacrumis tranſcendo & longe ſupergredior,
Foemellam, quae toto amorem jactat de corpore,
Foemellam, quae me totum conferveſacit,
Galateam, inquam, Oceanitidum vegetiſſimam
Juvenilitate roſacea voltus ſymmetri,
Albulam, voluptificam, bellam bellatulam,
Noſtram perdulciſſimam coloſtram, & melliculum?
Eja age, hircina proſapies, agmen caprigenum,
Saltuatim voſtris nixi harpaginetulis
Maturate itionem celeriſſimam,
Et quiſque voſtrum ſiet in currendo acupedius;
Diviſi per coborticulas, & legiunculas,
Huc affertote, quaeſo, ilicet perfacul
Inluſtre ſanguen marina oriundum ab Doride;
Et ni vobis viritim gratias referam
Redundanter, ut tantos decet adductores;
Infortunatus ac lugeſcens tranſigam
Aeſtatem inviniam, longamque brumam ſine Bromio,
Unde nobis hebeſcit viſualitas.

LXII.

Tenendo in mano un calicion di fraſſo
Rabeſcato d'intagli capricciosi,
Ove vedeasi l'iſola di Naſſo
Con la bella Arianna, e Bacco ſpoſi;

E intanto quattro Satiri naſcosi
Di un'alta rupe ſovra al duro maſſo,
Della donzella Gnoſſia geloſi
Avventano allo Dio terribil ſaſſo;

Polifemo lo empiè d'ottimo Greco,
E rivolto al Mar d'Etna, un brindis feo
A Galatea, già pria del tempo cieco:

Per libamento alla mia Diva eburna
Io, che goccia non libo anche a Lieo,
Di ſtemprato topazio ingoio un'urna.

LXII.

Manu tenens e fraxino pterótam trullam vinariam
Anaglyptica crebritudine ſignis aſperam,
Et caelatura antecellentem, quotquot ſunt, amcaeſa omnia,
Ubi ſurgebat ſcalpto circumvallata ſalo Naxos inſula
Non ſine Ariadna, & Baccho confareatis feliciter;
Haec inter capruginei Fauni quattuor
Abſconſi altae ſuper ſaxoſitate rupis,
Tranſverſa tuentes cupienter Gnoſida,
Saxum devolvunt in Deum pollentem vini:
Polyphemus cuppam coronavit Jacchi hilaritudine chryſea,
Vorſuſque ad aequor, Galateae propinavit ex animo
Urbanitate faceta caſtigatiſſimus,
Adeoque caecus caecitudine praecoqua:
Qui vel Nyctelio non praeguſto guttulam,
Nec unquam olli novellum libo ſacrima,
Nedum ſacruficem hirquo immolatitio,
Deoque Summano nulla ſuperinvergo carcheſia,
Et ne Jovi quidem ſorbillo calpar inferium,
Nedum reddam olli obligatam dapem pollucibilem,
Aedemve votivam, aut vittatam victimam;
Ego ipſus Galateae ſalutem propinans
Salutabundus largimento eximio
Liquentis futum ingurgito chryſolithi:
**Macta, Diva eburneola, bocce vino inferio eſto.*

Alius

* Ex veterrima libandi formula in Vinalibus.

LXIII.

Altri cerchi ſaper l'arduo viaggio
Di Febo, e come il Mar tanto ſi gonfi,
Che de' naufraghi legni alfin trionfi
L'orrido procelloſo fortunaggio;

Altri perchè d'April, perchè di Maggio
Spieghi l'alma ſtagion roſei trionfi;
Altri perchè sì furioſi e tronfi
D'Etna s'alzino i ſochi a far dannaggio;

Ch'io per me non m'impaccio in voglia pazza,
E non chero ſaper con brama ingiuſta,
Perchè de' Mori ſie bruna la razza,

Perchè ſie Libia sì cocente e aduſta:
Due ſon le cure mie: ſpumante tazza,
E lattea Dea d'ogni beltate onuſta.

LXIII.

Alius Phoebum, & quae ſiet ejus iterdúca potentia
Noſcitabundus diſquirat impalleſcens libris
Deſomnis pernox, fumumque lucernae bibat nigrum;
Quave perfluctuans vi beluoſus Oceanus
Inaltatuſque incurſim atque minanter admodum,
Turgore pinus obruat murmurabundo,
Non ſine clamore virûm, ac rudentiſibilo;
Alius contabundus rimetur Minervalibus artibus,
Cur viciſſitate certa & encyclia
Vere arbores parturiant prominulo
Auctificatae flore, ac ſiet undique
De profligata bruma triumphantium
Pratulorum verſicolor novellitas;
Alius cur Aetna exundans diruptis fornacibus,
Volvenſque ſub auras liquefacta ſaxa, approperet
Inferre noxitudinem vicinae
Fumivoma, ferale gemiſcens bitumineis viribus:
Nos façul remur biſce abſtinere ſpeculationibus,
Nec nodum curioſi in ſcirpo quaerimus,
Cur Mauri ſient furvi generamine,
Vel cur ambuſtulati ſient Libyes
Terrai colubroſae conterranei;
Nobis duplex tantum cura ſuperinſidet:
Temetum trochleatim anclando in juventatem angueſcere
Omnemque prorſum exuere canitudinem;
Necnon amare Nympham lacti ſimilem,
Quojus unicultor ſum, atque ero perpetim:
Haec ſunt beatae vitai praecepta mihi,
Oſcitantem Epicuron pol imitarier;
Haec noſtra maxuma eſt negotioſitas.

LXIV.

LA' 've di Dori le cerulee figlie
Movono il piè d' argento in vaghi giri,
E con le guance lor bianche, e vermiglie
Spirano a chi le guata, egri martiri:

O tu, che prendi a ſcherno i miei ſoſpiri,
Vocita Polifemo, e meraviglie
Meni col piè, che fa sì ch'io deliri
Ognor dal dritto ſolco a ſciolte briglie;

Volgi uno ſguardo a me lieto e giulivo,
E frena un poco i miei penſier vaganti,
Con un ſol raggio del ſembiante divo:

Che in onor tuo chiamerò a te davanti
Di Satiri un drappello ebbrifeſtivo,
E un ballo intrecceran da Coribanti.

LXIV.

Subſultim exercent ubi choros uvidos
Reſtim ductantes Doridis filiolae
Oratim, tamquam ad Sirenios ſcopulos,
Ac voltu ſuo roſulento blanditer
Urunt ſpectantes amore languifico,
Amore pol medullitus tabificabili,
Vireſque carpunt ollis, & venaturam faciunt:
O quoi ſunt joco noſtrae moeſtitudines,
Noſtra ſuſpiria, & lacrumarum prodigitas,
(Occlamat Polyphemus) quaeque micatu pedum
Gratiolis referto, celeratim centifido
Me ſiſtis mirabundum, ut recto ab tramite
Maxumis ſemper itineribus deerrans exorbitem;
Converte nobis actinoſos oculos
Oris ſtellimicantis caeleſtiſſimi
Lenes proclives molli devergentia,
In ſignum amicitiai germaniſſimae;
Aures Cyclopi porgito honoripetae,
Omnemque actutum mihi ſpero defore
Amarorem, ac procellam cogitaminum
Sedatum iri, coorta Caeli albitie;
Et pro me erunt malactica Alcedonia,
Et ſic ſecundis animis Favonii
Vitai ſalum gaudibundus navigans,
Fiam alter ab illo Neſtor triſecliſenex.
Hoc ſi egeris, haud fuam pol ingratificus,
Sed huc arceſſam praefeſtinatim te coram
Satyrorum chorum agricolarem, hilareſcentem ebriacum,
Qui pubem capreolatim limocincti tripudio,
Cymbaliſſantes arguto ſonu Berecynthiaco,
Me Praeſultore paſſui retrorſo, unimano manutigio,
Gigantéi chordgi imperio & auſpiciis
Tibi ſaltationem ſaltabunt Corybantiam.

LXV.

Talor dove lo ſcoglio più s' inalga,
Polifemo ſi aſſide a far la peſca,
Ed infilzando al ſuo grand' amo l' eſca,
Aſpetta che a fior d' acqua il peſce ſalga;

Ma quello alla ſua forma animaleſca,
Toſto ſi appiatta quanto può nell' alga,
E quant' egli più aſpetta che 'l peſce eſca,
Tanto più quello mai non ſi diſalga.

Fuggono le Nereidi, e ſi rinſelva
Glauco in le cupe fratte di coralli
Al fero aſpetto di sì vaſta belva.

Alfin ſtanco ei gittando ed amo, e canna:
Vanne in malora con le ondoſe valli,
Ninfa: ed appar la bava in ſulla zanna.

LXV.

Non raro ubi alga late ſcopulum herbidat
Odoram effuſorie afflans animam juxtim conſidentibus,
Medicabulum laſſitudine effluentium virium,
Se Cyclops aptat ad piſcatum hamatilem,
Eſcamque figens hamo ſuo piſcario
Exſpectat greges piſcium pelagios,
Qua ſtagna aequoris ſunt piſculentiſſima.
At illi ad victum ejus pecualem horrificum
Coactim algoſis ſe latébris occulunt,
Errorem pervagabilem, ſalum atque apertum
Nullo unquam perpol reciperaturi poſtliminio;
Aeternum quippe praeſtat eſſe latebricolas,
Quam Monſtri opperientis victum cernere
Intercapedinatum truculentia.
Fugam capeſſunt blandae Oceanitides
Certatim denatantes, & lucifugae,
Ac frutetoſa tremulis coraliis
Petit arva ipſe Glaucus timore correptus algifico
Ad Monſtri belualem magnitudinem,
Quod circumſtant horrorque & injucunditas.
Tandem Cyclops perdudum perpeſſitius
Inſudans piſcaturae fruſtratoriae,
Projicit hamum, projicitque arundinem,
Clamatque vocis inſuavi largitudine:
Omnia vel mediae fiant ſilvae paſtoritiae;
Quot eſtis, Nereides, ſalſis cum fluctibus, dierecte
Abite, abite hinc ad corvos, morboniam.
Et inſpumantis beluae emergit in ſannam rabies,
Jecore e penito quam propellit bilis querquera ſplendida.

LXVI.

Pasto d'agliata un dì della ſpelunca
Uſcì ruttando il Paſtor d'Etna bruſco
Tutto di Bacco allucinato e luſco,
Che a mezzo del cammin ſuoi paſſi trunca;

Titubandogli 'l piè, s'intralcia e ingiunca
Infra vinchi, e viticci; alfin ſul muſco
Si ſdraia in riva al Mar, mentre coruſco
Fa il Ciel d'aſtri la Notte, e 'l dì averrunca.

Quindi per riſtorar la fervid'alma
Co'veſpertini amabili tepori,
E alleggiar la vinoſa orribil ſalma:

Vieni, ei grida, a temprar miei gravi ardori,
Favonio alifiorito, inſiem coll'alma
Amarantichiomata eburnea Clori.

LXVI.

Satur alliati edulii paropſide,
Teterrimam inhalans popinam, fue, fue repetens
Foetulenter, oſcitanter undoſa onuſtatus crapula,
Noctilocore ex antro reſpiraculum aucupans
Se expedivit Aetnae bubulcus torviſſima facie
Bacchabundus, caligans, atque horricomis,
Percopioſo temeto mentem tentante
Lachaniſſans bliteus, delimbatus lumbagine.
Totamque corpulentiam ſcobina decortico
Horrificalem ſqualitatem levigans,
Ingenitamque cohumidans imperfundiem:
Quaeſo, Tutune hortorum tutelarie,
Voſtra pomoſos protegat cuſtodia
Hortos Gigantis, villulas, agellulos,
Manumque ſorſum habere fures jubeas
Non ſolum nutu, ſed falce ſalignea,
Ceteriſque armis, quibus dotatiſſimus
Majorum gentium Dîs cies invidiam.
Bonus, auxiliabundus, indefatigabilis
Tu eos tuere ab illo Caco peſſumo,
Qui me irrítat ſaltu vitulans fanatico,
Qui meos populat hortos vaſtifica vaſtitudine
Et omni turbamento, defrugans abſumedine & calvitie:
Tu viduertatem prohibeſſis atque ſqualitudinem,
Tu lymphis ollos rigato argenteolis,
Ut ſementare indeſinenter valeant
Uberati madore ac terrae uligine,
Bacchi alme fili, proles Cytheriaca,
Cepuricaeque Monſtrum curae ſubtrahe.

LXXXIX.

Questa vacca, Vallesio, ch'ha'l sen lacero
D'Amore onnipotente, e flebil muggiola,
Or sotto al rezzo d'un'opaca giuggiola,
Or sotto un cerro, ed or sotto d'un acero;

Con seceſpita sacra ancido e lacero,
Quindi alla Terra in olocausto bruggiola,
Poichè di timo, e meliloto, e luggiola
Ella è inseconda, ond'io mi struggo e macero.

Son già tre lustri, che patisco inopia
Di mele, e al fascinoso Dio Trisallico
Io più non offro le cosacce solite:

Prega con me, o Faunel; che se in gran copia
Daremgli il mele insiem col Carme Fallico,
Da'nostri orti le insidie sieno abolite.

LXXXIX.

Hanc, Polyphemipor, *juvencam*, *amorifico*
Amor quoi jecur ulceravit jaculo,
(*Amor late Dynaſtes performidatus*, *non dominulus !*)
Quae languidulo mugitu replet viridans paſcuum,
Necnon valliculas, *colles*, *arvas*, *& nemora*
Nunc ſub pinu patenti, *nunc acerna ſub arbore*,
Victimo, *ſacra dividens clunacula ;*
Uro hinc Matri Terrai ſollam & integram
Cyclops haud poenitendus pol Sacricola :
Et olli quidem haec eſt noſtra debitio ;
Nam nec molle cypérum, *nec rubrum crocum*,
Nec thymum, *aut meliloton fert*, *nec caſiam*,
Queis paſta agmina apium navent operam mellificio
Atque dulci diſtendant cellas nectare.
Luſtris ab tribus mira perferentia
Nobis nulla per villas fit mellatio ;
Nec libis ex melle uſitatis muneror
Patrem Tripallum cum rubente faſcino.
Tu interim ad ravim uſque ornamentum ingemina,
Face oraſſis mecum apta geminitudine,
Laetis vite operatus in herbis, *ac tempeſtive ;*
Nam ſi pollucte mel Tutuno dabimus
Pagana unoſe concinentes Phallica
Cantilenoſa centimetris numeris multipedibus,
Noſtris ab hortis exulabunt technici
Furunculorum doli atque tentamina.

XC.

Bacco, la vite tu di tralci implica;
Sicchè larga vendemmia ogni anno torni;
Flora dà vita a' fior, morta l'ortica;
Voi proteggete, o Dríadi, e querce, ed orni:

E tu, Pomona di Vertunno amica,
Rendi gli alberi ognor di frutte adorni;
Alma Cerere e tu guarda la ſpica;
E tu, Pale, le mie torme bicorni;

Queſto da te, Liceo, ſol bramo, e cerco,
Che i lupi mai non faccian Carnovale
Sulle meſchine, dall'Agoſto al Giulio.

Inſomma a voi commetto il mio peculio,
O Dio bimatre, o Dríadi, o Luperco,
O Cerere, o Pomona, o Clori, o Pale.

XC.

Pater Lenaee, abundis botryonibus
Implicitato vitem devotam tibi,
Labris ſpumet vindemia ut largifluis
Recurrens uſque grandi vineo foenore;
Per te, Flora, viviſcant violaria,
(Unde recreatur, qui nobis magnificus prorepſit, truo)
Necnon roſeta, & omnis narium copia,
Averruncata urtica, & noxiis ſtirpibus;
Voſque puellae Dryades facillimae,
Auctificate quercica plantaria;
Tuque Pomona aurea Vertumni conjuga,
Face omnis abſit o infructuoſitas
Comatis ab arboribus, benigniter;
Tuque alma o Ceres optuma frugiferens,
Defende quaeſo ariſtis diram grandinem,
Cladem, calamitatem, robiginemque, & uredinem,
Lappaſque, tribuloſque, avenas, & lolium,
Cujuſmodi herbae officiunt laetis frugibus,
Carbunculationem, & labores ceteros,
Campique face ne in glabreta degenerent,
Sed potius mî pareant, quamvis avido:
Tuque ſpargenda lacte, o Pales, tepido,
Cornigeras bidentes mî foecundita:
A te, favens Lycee cuſtos ovium,
Hoc tantum impetraſſo (ut tua eſt indulgitas)
Ut nocturnales obambulantes lupi
Numquam de noſtro accipitrato pecore
Agitent ſaturi Bacchdnal unctum atque Hilaria.
Nunc ergo vobis credo mea bonuſcula,
Bacche bimater, Ceres o legifera,
O Pan agreſtum Numen praeſentiſſimum,
Praeſes parturae Pales oviaricae,
Pomona foetus percoquens arboreos,
Querquetulanae Virae, Chloris roſea:
Omnes votis vocati, quaeſo, annuite.

Se-

XCI.

Nell'ora quando l'importuno gufo
Dice vergogna al tramontato Sole,
Pian piano ſcende il Ciclopéo tartufo
A dire in riva al Mar queſte parole:

Stanco ſon già di più ſoffrirti e ſtufo,
O Galatea del Mar non dubia prole,
Nata veracemente d'alcun tufo,
O da qualche ſelvaggia Alpina mole.

Tu ſcherzi e treſchi con quel Fauno brutto,
Che così ben ti ha trappolata al viſco,
Tuttochè fatuo e d'intelletto ſcemo:

Ma ſai che l'Occhio mio penétra il tutto;
Ma ſai che alla ſproviſta inſidie ordiſco;
Ma farovvi palpar chi è Poliſemo.

XCI.

Sero, quom obſcoenus bubo, & dirus buteo
Soli demerſo acerbum facit convicium,
Deſcendit pedatim ad litoris crepidinem
Obeſitate tuberoſus Gigantéa
Polyphemus, talique inſultans utitur affamine:
Taedeſcit jam nos tuae baud coctivae indolis,
Nympha haud inficianda ponti ſuboles,
Prognata Nympha ſcopuloſis cotibus,
Numquam teneraſcens humana teneritudine,
Nympha, propter quam deglutio catapotia,
Semperque amarat animum fellitus ſapor,
Et numquam ſoporatur dolor recrudeſcens perpetim.
Tu cum Satyriſco horas fallis ſermocinanter
A mani ſubobſcuro uſque ad obſcuriſſimam veſperam,
Tu Satyriſcum tibi enixe accorporas,
Illius tapanta es, nec Cyclopa facis frit,
Et hujus querelas tibi ſollemne eſt nauco ducere,
Ut bomonis tua in mente poſtremiſſimi,
Quo nullus vel inbumanior, vel ſilveſtrior;
Tu miſces joca, & juvenaris diſſultans vitulans
Cum male feriato illo tuo birquitallo peſſumo,
Qui te tam tenaciter in ſua implagavit retia,
Ut ut blennus, & uſque pelliculatione te lacit.
At ſcis, pervorſa, quam callenter ego ſiem
Voſtri colloquii auceps, venator pertinax,
Otacuſta, explorator, corycaeus, epopta,
Omneſque perveſtigans inrímer ſinus
Hocce oculo irretorto nocteſque, & dies,
Nec me ſupinitatis arceſſes, aut lentitudinis,
Nec ceſſatoris nota, pol, inuſſeris!
At ſcis, me actis cuniculis rem gerere,
At dignoſcetis Unioculus quis ſiet,
Et quantum toto Caelo inter ſe differant
Brabío & perfructione laborantes in una
Adamantinus Polyphemus, & Acis vitreus.

XCII.

I PRODI Ettorri, e i pennacchiuti Achilli
D'eſta macchina in faccia al vaſto pondo,
Avvolte in gonna imbelle, e'n capel biondo
Sembranmi tante Nici, e tante Filli.

Le mie lucerte ſono i Coccodrilli:
Biſogneria foggiare un novo Mondo
Per me più lungo aſſai, largo, e profondo:
L'Aquile, e i Grifi, ſon farfalle, e grilli;

Otto Liofanti fanno un mio ronzino;
D'Etna il cratere, ed i più gran pantani
Son patere da farvi un ſagrifizio;

La quercia, il lauro, ed il gigante pino
Per me frutici ſono umili e nani,
Camedrio, camedafne, e camepizio.

XCII.

Pelides gravem ob ſtomachum cedere neſcius,
Non indecorum pulvim fronte praeferens,
Humeroſus Hector comanti inſignis galea,
Doctus obnitier hoſti, robur Marſpitris,
Belloſum genus, duo belli fulmina, &
Viraginis Alcumenae atrox proſapies,
Hercoles, inquam, debellator claviger,
Scorto ſuccinctus fero, necnon pharetra,
Ut ſiet Heros Scytaloſagittipelliger,
Coloſſicam hanc advorſum firmitudinem,
Quam admiretur vel Atlas Caeli bajulus,
Quantuli nobis videntur? pedales, edepol,
Immo devigeſcentes tot mulierculae,
Enerves pavidum, eroticae, flexanimae,
Stipatae roſis, betiſſantes, languidulae.
Noſtrae lacertae ſunt Crocodili Niligenae:
Opus foret, ecaſtor, mi proceriſſumo,
*Peſſundando jam conſtitutum orbis * aedificiolum,*
Mundi compagem aliam excitari a fundamentis
Rotatim, cavernatim magis granditer
Conformatam, pagatim, vicatim, oppidatim,
Populatim, regionatim, provinciatim;
Gryps theſaurenſis, ac ſatelles Jovius,
Quaſi gryllus nobis eſt, atque advolitans papilio.
Octo barrorum anguimanorum immanis corpulentia
Noſtrum conſtituit mannulum pumilum;
Aetnae crater ignitae, ac ſtagna maxuma,
Sunt ſimpula funditandis libaminibus;
Quercus, frondoſa & laurus, pinus gigantea
Nobis coram ſunt frutices humillimi,
Chamaedrys, chamaedaphne, atque chamaepitys.

* Vox iſthaec in Lexicis deſideratur, quum tamen, me ſponſore, lapidaria ſit, ac bene vetus. Verba Inſcriptionis apud Gruter. ſunt: *Hic locus cum hortulo ſuo religioſo, & aedificiolis ſuis*. Paginam ἐπιδεικτικῶς indicarem, ni laeva obſtaret Mnemoſyne.

XCIII.

Sovra due ſcogli l'alte gambe allargo,
E per ſotto veleggiano le navi,
Sono i miei paſtorali intere travi,
E col mio corpo adombro il marin margo;

L'Occhio mio non invidia i cento d'Argo,
E ſono i guardi miei peſanti e gravi,
Fuggonſi, tuttochè valenti e bravi,
I boſcherecci Dei, quand'urli io ſpargo;

Con un ſoſpir la Primavera aduggio,
Chi in me s'affiſa, toſto ſi ſcoraggia,
Aſſalgo ſempre altrui, e mai non fuggio:

Polifemo talor così folleggia
Contro Aci, e Galatea per erma piaggia,
Poſta in obblio la ſua lanuta greggia.

XCIII.

*Queiquomque es, qui nobis putas negotium faceſſere;
Accipe capitulatim quis ego ſiem deſcriptiunculam:
Super & hinc, & illinc cotem geminam
Maris navigeri celſa crura divarico,
Naveſque velificant per intercolumnium;
Mî agoli vice funguntur procerae trabes ſolidae,
Umbramque induco litori corpulentior.
Quod unicum ſiet nobis in fronte lumen,
Nos non ſic facul dixis male luminatos,
Unum eſt nobis lumen, nec tamen ſumus deſioculi;
Nam nil prorſum invidemus in re ocularia
Pupillis veſpertino lupo acutis mage,
Quotquot obtigere jam quondam Argo oculatiſſimo,
Aut ſi quis multivido Argo fuit oculatior,
Ac poteſt dici ſuperatrix omnium
Unica noſtra ſphaera ampla, & luciflua,
Quin ſuo obtutu, pol, ponderoſiſſuma!
Tapinophronéſin nemo nobis objiciet;
Nam quoties cerítus ululo pompaliter,
Quamvis valentes, fugiant ** pantophobi
Bacchus proſtrator Indiae, Panque cornifrons,
(Quoi cernui adolent thura Arcades proſeléni)
Nedum Fatuelli ceteri hirti hircipedes,
Nobis ut ſemper ſiet anteoccupatio.
Animai uredine aduro Ver floriparum;
Queiquomque nos audet advorſum obtueri incogitans,
(Fama Meduſam ſileat ſaxificam)
Me luridum videt arquatus Regia aurugine, &
Eveſtigio animis cadit exanimabiliter:*

Qui

* *Queiquomque erit*, in fragm. Leg. Agrar.
** Cael. Aureliani vocabulum; puta *omnium pavidiſſimi*.

XCIII.

Sovra due ſcogli l'alte gambe allargo,
E per ſotto veleggiano le navi,
Sono i miei paſtorali intere travi,
E col mio corpo adombro il marin margo;

L'Occhio mio non invidia i cento d'Argo,
E ſono i guardi miei peſanti e gravi,
Fuggonſi, tuttochè valenti e bravi,
I boſcherecci Dei, quand'urli io ſpargo;

Con un ſoſpir la Primavera aduggio,
Chi in me s'affiſa, toſto ſi ſcoraggia,
Aſſalgo ſempre altrui, e mai non fuggio.

Poliſemo talor così folleggia
Contro Aci, e Galatea per erma piaggia,
Poſta in obblio la ſua lanuta greggia.

Qui vero mecum decernit, nae fuat prodigus animae;
Nanque ego nihil non arrogo uncinatis unguibus;
Cuncta per oppreſſionem tuburcinabundus eripio,
Nec turpi fugela me commendo pedibus,
*Ut ſolent facilitare * occultierípidae,*
Nec egeo emendicatis favitoribus,
Semperque victoria noſtra eſt impulverea:
Semper Mars Ultor, numquam Pacifer Cyllenius,
Sanguinea utor haſta, non pacali caduceo:
Polyphemus omnes bellipotens haud bectae faciens,
Semper captat, numquam vitat, numquam pol habet,
Provocator, Secutor, immo Pancratiaſtes ter optumus
Quinquertiones omnes relinquens retro,
Evebendus ad Deos, & celebrandus carmine perpetuo.
Cyclops quandoque ſic blaterat aretalogus
Jactatione prorſum circulatoria,
Sic ineptit, clangorem Cyclopeum intonans
Ebrietate Cyclops cerebroſus exlex,
Per arentes arenas orae maritumae
Acervatim accongerens verba triumphatoria
In Acin, & Nereida; inacceſſos per ſaltus
Incuſtodita vagante ejus herbigrada oviaria.

Flam-

* Optima Parei lectio ad Plaut. Trinum. IV. III. XIV.

XCIV.

Questo tremendo folgorante ciglio,
Ond' uom quasi ad un Febo s' abbarbaglia,
Scopre dal lido Oriental vermiglio
Infino a Calpe, e mai non falle o sbaglia.

Ieri con Galatea discosto un miglio
Pescavi i pesci di minuta scaglia;
Ond' io urlando posi in iscompiglio
La marina non men, che la boscaglia.

Aci, s' io non dissolvo questa tresca,
E non ti atterro un dì con una selce;
Me di Cariddi rapid' onda assorba,

Veggia la mandra spopolata ed orba.
Sì disse, e colla mano giganteſca
Per la rabbia schiantò dal suolo un' Elce.

XCIV.

Flammeſcens hocce lumen formidabile,
Quo ſtupet omnis vivens anima, tamquam ad Phoebi oculiferia,
Minutim explorat, valetque interpretarier quaelibet,
Quantum procurrit vaſtae longitia Terrai
A Mauro ad Nabathaeos odoriferos,
Nec unquam ſua fallitur cernentia.
Heſterno die abſens millia paſſuum
(Vide ut decempedator ſiem aequiſſimus,
Atque vide ſi merear pulveraticam)
Nequam Galateae catamite fanatice,
Olli infibulatus comes individuus,
Piſciculorum fungebaris piſcatura,
Pertaeſus quippe piſcationis thynnariae;
Unde ego voce incondita iracunditer
Mare non minus obturbavi, quam carecta ſaltuum.
Homule, ſeu potius cornipes infamiſſime,
Aci nefande, nobis debita hoſtia,
Si pravam iſtam unanimitatem & conſuetudinem
Non diſunio actutum atque diffibulo,
Te faciens cantherium; navifraga
Chaſmate horrendo me Charybdis glutiat;
Lupuſque gregum lancinator perfidus
Semper imponens mî cuſtodiario,
Depeculaſſat armentitium pecus.
Sic fatus Cyclops tono increpatorio,
Populabundus rabie atque aggreſſura Cyclopea
Evulſit eradicitus ilicem ilicet,
Non ſecus ac ſolum exherbaſſet rutula.

XCV.

O vistosa del Ciel ſtellata mole,
Demogorgonia moglie o Notte bruna,
O ſorella del Sol formoſa Luna,
O germano di lei lucido Sole;

Vaccinj neri, crocee viole,
O fior nodriti in odorata cuna;
Marine Ninfe, e voi ad una ad una
Fontanine, lacuſtri, e prataiuole;

O liquido Nettunno, o bruta Terra,
O Tigri, o Orſi, o ſcogli alpeſtri ed ermi,
O montagne ſaſſoſe, o muti orrori;

O mie vitelle ancor di fronte inermi,
Aure, fronde, erbe, acque, Eco, antri ſonori,
Gridate ad Aci, guerra, guerra, guerra.

XCV.

O inuſta Mundi moles aſtris igneis;
O viſenda aeternali pulchritudine;
O matronalis Nox peplo ſtellifero
Decora, fimbriiſque ignicomantibus,
Demogorgonis conjux pullejacea,
Erebumque, Chaonque, & artificem figurae Morphea
Tecum ferens ſocios, comiteſque individuos;
O Phoebi ſoror nocturnalis Delia,
O frater Phoebes, vage altiſpex Delie,
Quos enixa Latona eſt gemellipara,
Unde ambo feliciter auditis Latonigenae;
Vaccinia nigra ſuave, blandum luteae violae;
Flores valde odoratis generoſi natalibus;
Puellae o, Nereo genitore, aequoreae,
Pratenſes, paludicolae, & monticolae;
Pater Neptumne multipotens, Tellus o bruta,
Urſique, & vos ſilvicultrices tigrides,
O confragoſa teſqua naturalitus;
O noſtrae inermae adhuc excornes vitulae;
Antra o multicavata, Echo, valliculae,
Vireta, cardueta, ſic verſarier
In vobis amet Progne dulce minuriens,
Eja, cum Polyphemo voſtro vexillario, unanimiter
Arma, arma occlamate, arma, arma Acidi.

XCVI.

Io mi accomando a te, lo cui piè punto
Le roſe imporporò, del bel Cupido
Madre vezzoſa, primo onor di Gnido,
Bella Dea di Citera, e d' Amatunto;

Fa che colei, per cui ſon già conſunto,
Per cui mi affioco, e alla dirotta grido,
Qual già fu Eron pel giovane d' Abido,
Per lo Ciclope il cor ſentaſi emunto.

Io ti prego a man giunte, ed in ginocchio,
Fa che debelli quel gaglioffo d' Aci;
L'ordina a Marte, che pregar nol devi.

Così ſian ſempre ſnelli, e al corſo levi
Gli aggiogati colombi al roſeo cocchio,
E le paſſere tue belle, e ſalaci.

XCVI.

Commendo me tibi (o votum acceptum face!)
Polchra Dearum, quoi lancinatum ob pedem
Purpura flammida haud mora exarſerunt roſae,
Idalio frondoſo late dominans,
Necnon metallis Amathunta nobilem,
Cnidumque arundinoſam nutu temperans,
Divom, atque hominium voluptas, Aeneadum Genetrix;
Tu, Nymphae, quam fruſtra inſudo teneram facere,
Cordi dum noſtro eheu malum reſponſat dura,
Et nos paullatim urget ad Manes fabulas;
In quam voce non amplius clariſona,
Canatim, ſuatim, bovatim fremo ac perſtrepo;
Propina, quaeſo, deſiderii poculum,
Quale olim fuit illud Herus pro natatore Abydéno,
Ut corculum amiſiſſe ſenſim ſentiat,
Atque pro Polyphemo facta gracilens,
Ceu bucula aſilo rabioſula, ſtare loco neſciat.
Supinis te exoro manibus, necnon adgeniculans
Nullo pulvini ſubſtramine, nulla mollitudine:
Face ut victorioſus atque antepotens,
Plenuſque gloriarum ſuperemicans,
De Aci decervicato macco gratuler,
Et laeta laetus ipſipſus mî cantem epinicia,
Funeream funerato olli relinquens neniam.
Hoc impera Gradivo imperiabiliter,
Nam te non decet eſſe Gradivicolam,
Nec me Marticultorem appellabit poſteritas:
Sic tibi, Diva, praecurrant alipedes
Jugales aves tuae columbinaceae,
Rotaſque, ut ut per altum, vectent fervidas
Currus juvenile roſulenti corollis malacis Veneriis;
Adhaec vernantes voſtri, Diva, paſſeres
Perculſi corda voſtra vi blandifica
Pulchreſcant juveneſcant magis in dies,
Semper ſuppoſititii ſibimet in ludo roſido.

Hac

XCVII.

Per quà paſſaſti, o Fauno, e appien lo ſcorſi
Dal veſtigio caprigno in ſulla ſabbia:
Oh qual furia mi aſſale! e o con qual rabbia
Vo' ſquarciarti le membra, e darle agli Orſi!

Vedi quanto ſoffrir degg'io; ma forſi
Non andrà molto, ch'io ti prenda in gabbia;
Diſſe il Ciclopo, e per furor ſue labbia
Inſanguinò con efferati morſi.

Quindi la ſpiaggia col gran piè percoſſa,
Alle aſtuzie rivolto, in riva all'acque
Finſe ruſſar già di Falerno carco:

Così ſi poſe ad aſpettarlo al varco
L'altero imitator di Pelio, e d'Oſſa,
E lungo lungo per l'arena giacque.

XCVII.

Hac iter tibi fuit, Paniſce, directilineum,
Idque certo certius palpavi, & ocularíter
Inſpexi, collegique ex ſigno revelatorio,
Ferini pedis bifidata ex ungula.
O Caelum! o Terra! fluctuatim confremo, &
Si quid turbaſſo, vae tibi, micropſyche!
Te artuatim dibalare multipartitum perlubet
Mox mancipandum lurcabundo urſorum ludibrio,
Qui te tuburcinentur fauce incitati improba.
Viden' quam praedicabilis ſiet mea aequanimitas,
Quam ſiem cunctator, manſues, & ovicula,
Quamque dolores toleranter exſorbeam
Inter quietis omnimodae mendicimonium?
Verum, fortaſſean priuſquam tute vere,
Faxo te perperum in muſcipula manifeſto opprimam,
Tibique evitabo vitam & frigore te feriam,
Noviſſimum nanque mihi debes exitium.
Sic ait Aetnaeo flagrans, ac Veſuvíno incendio,
Dura & latranti voce Cyclops editiſſumus,
Labroſumque ſibimet cruentavit oris ambitum
Efferitate morſuum efferatiore.
Impulſo exinde ripae ſolo tremulo
Pede illo immani ſuo vaſtatorio,
Conſilium capit calidum: ſimulat ſe ſtertere
Liberalioris flore Liberi ſaucium,
Olli ſutelam ſceleroſam conſuens
Machinaſque adhibens praediras dolo malefabro.
Tales Satyriſco rivali locavit inſidias
Gigantéus inſeſſor aequiparans Oſſan, & Pelion,
Ruinam illius verſans clancularíam,
Perque arenam porrectus toto corpore
Longitrorſus procubuit fluctifrago litore,
Tamquam conſueto ſtratus lectiſternio,
Acris moloſſus naris ſagaciſſumae.

*Nu-

XCVIII.

L'ALTRIER cantando in veſpertino metro
Con rime da acchetar Libecchio, e Cauro,
Mi chiamaſti Civetta, e Minotauro,
E Galatea ſe ne ridea da dietro.

Ma ſe da Giove un dì la grazia impetro
Di adunghiarti già tinto a color d'auro,
Ti aſſalirò qual irritato tauro,
Sarà queſta mia pancia il tuo feretro.

Sappi, o brutto de' boſchi alpeſtre buſo,
Che Polifemo tutto intende, e finge;
Ma guai a te, ſe dà di piglio a un tuſo,

E addoſſo con gran furia te lo ſpinge:
Allor vedrai s' egli è civetta, o guſo,
Vedrai s' io ſono o Minotauro, o Sfinge.

XCVIII.

* *Nudiuſtertiana die, quom poëmata pangerem,*
Jam veſpero rubente, modulatiſſima,
Et verſus lepide hymnódicos concenturians
Jutus voce haud obſcurum gravi, & pathetica,
Cuncta tenerem mea pagana Terpſichore,
Quoi aures accommodaret pacientiſſimas
Aeolus cum tota rugiente familia;
Otum me dixti, necnon Monſtrum Creticum;
Et Galatea ha, ha, hae, hae occultim ingeminans
Riſitabat, poſticae indulgens ſannae naſutula,
Deque Polyphemo ludos meros agitans,
Manum motabat albas imitantem oriculas,
Roſtrumque ciconínum ovanter valdiſſime:
Invaſerat foemellam lubido ſcilicet,
Cyclopa fidicinantem, turpi pipulo
Traduci & occentari perquam miſeriter!
Et tu eras olli, laſtaure, popino, nebulo,
Ceu paries intergerínus interſepiens.
Sed ſi jam tandem hoc mihi fuat impetrabile,
Atque impetraſſo propitiato ab Jovis Numine,
Ungue circumventorio, ungue immiſſuli
Te vinculatum praeoccupare mancupio
Fugitantem teſqua per & confraga convallium
Pavibunda trepidatione & pallore buxeum
Atque concolorem auricomanti croco Corycio;
Te apprendam undabundus ira per interſcapilium,
Te accipitrabo, fatue, curvis unguibus,
*Te ** adoriar pol ſaeviſſumus perfortiter,*
Torvus ceu taurus, quem circum mille occentaſſint canes

* Verbum II. Saeculi. Vid. Cl. Mazoch. in *Spicileg.*
** *Aggredimur de longinquo, adorimur de propinquo*, inquit Donatus,

XCIX.

Io Minotauro? ah viſo atro e verdigno,
Di cui più ſconcio al Mondo mai non venne;
O degno di capeſtro, e di bipenne,
O d' altro micidial fatale ordigno.

Io Minotauro? ah Fauno empio e maligno:
Con queſta mazza mia, che già ſoſtenne
Nel profondo Ocean vele, ed antenne,
E ne' boſchi adombrò lo ſtuol caprigno;

Ad un ſol colpo fia che un dì ti mande
D' Acheronte a varcar la torbid' onda,
E ſaran gli uccellacci il tuo ſarcofago;

Strapperotti le viſcere eſecrande,
E all' Orche le darò di ſtrania ſponda,
Che le abborro, quantunque un antropofago.

XCIX.

Mene biforme Monſtrum Cretae taurigenum?
Ah blatero, caudex, treſſis, maſtigia, furcifer,
Os pugilis ſuperinductum virore herbeo
Commiſto atritate Cimmeria indecorabiliter,
Quo mage turpificatus nullus fuit ex Orbe condito;
Quem ſcaevum, vecordiſſimum, aſinum machinarium
Capiſtrato collo, mola jumentaria
In pontum o utinam deturbent Caelipotentes Di!
Mene biforme Monſtrum Cretae taurigenum?
Ah Tityre bircoſe, inſigni temeritudine,
Ac malitate nulli aequiparabilis,
Helleborande, committende Anticyris:
Hocce alto noſtro baculo robuſteo,
Noſtro ſcaeptro trabali, gravi, oſſifrago
(Quod caſus per marinos & naufragia
Velatarum ſuſtinuit cornua antennarum,
Perque ſaltus late tegmen induxit umbriferum
Incurvicervico pecori caprigeno)
Si tibi commitigavero caput contumax,
Haud mora, cornifrons, irredivivum te inigam
Uno ictu luridam in ditionem Perſephones
Ad viſendum monſtrum ore trilingui cerbereum;
Porrectuſque inhumatus curvo litore
Corvos carnis edaces large juveris,
Olliſque coenam dapaticam largibere,
Et grandes aves hiantes tibi praebebunt hilaritet
Orcinianam ſpondam cum ſarcophago.
Expectorabo tibi viſcera ſacrilegiſſuma,
Orciſque exoticis dabitur viſceratio;
Illa nam ſemper oſus ſum, praeter conſuetionem meam,
Licet meapte natura gurges, heluo,
Licet latrocinaliter vaſtabundus, inexſaturabilis,
Licet carnificatorum hominium carnivorus
Omnes longe antecellens anthropophagos.

Pa-

C.

Satirello, ſe un giorno io t'incavezzo,
Più non ſaltellerai pel ſambuceto,
Nè più così tripudiante e lieto
Starai con Galatea ſdraiato al rezzo.

Quando ſmacchi ſtaſera, io cheto cheto
Colle manine mie vo' farti un vezzo
Conveniente a te, che ſei avvezzo,
Novo Adone, a ſpirar zibetto, e aneto.

Tu ignoto e vil, tu Satirello inerme,
Tu cinguettar di me con quella impura,
E per me fredda più che 'l gelid' Emo?

Tu bizzarria moſtrar, tu far paura
Del gran Nettunno al glorioſo germe,
Al terror de' Giganti Polifemo?

C.

Paniſce pernix, hircipes ſacerrume,
Ridiculum caput, nemorum propudium;
Si te tenaci jam tandem capiſtro conſtrictavero,
Amplius non ſaltitabis incaſtigatus
Per teſqua ſambuceis floſculis acinoſiſſima,
Per & filicta haud ſegnipes tripudians
Strenuitate praeveloci & integra;
Nec amplius, pol, cum tua bella bellatula
Opacum captabis frigus hiaſcens oſcedine.
Ut primum e dumiceto pedem extuleris
Amorabundus Galateam quaeritans,
Ego ſilenter admodum & non intellectus,
Hiſce meis manciolis venuſtulis,
Forinſecus, lene, taxim, & per ſummam, uti ajunt, cutim
Faxo obtingat blandimentum tibi jocundum,
Quoi mira eſt ſuavitudinum notities,
Qui Adoneus columbulus conſueſti molliter
Olere anethum, atque paſtillos meros.
Tu inerma, ingloria, inefficax, vileſcens animula,
Tu pagane homuncio, monogrammos aequans, vix veſticeps,
Tun' unicum de me verbum expudorata cum muliercula
Oris, frontiſque perfrictae, frigidiſſima,
Ut non tam ſuat Mors atra, aut Haemus nivalis?
Tu gallina glociens, tu minimum ex ovis hypenemiis,
Tu audaciter intentare minacias hoſtilem in modum
Anteſignano Coclitum praecellentiſſumo
Nominando praefata reverentia,
Vaſto Neptumni gnato proavis ramoſiſſumo,
*Neptumni, inquam, tridentipotentis Regnatoris * Marum?*
Tu meticuloſe capripes, infans ſubmejule,
Tu nihili, tu digitorum minimiſſime,
Tu blenne, macce, ſtipes, blitee, depilis,
Committi cum magno Gigantum Primipilo?

O mon-

* Naevius *de Bello Punico primo*, pro *Marium*; qui noviſſimus gignendi caſus ab uſu receſſit, juxta Cariſium lib. I. Nam deſcendere videtur potius a *mas*, *ris*.

CI.

O de' monti bruttiſſima bertuccia,
Se Poliſemo contra te ſi avventa,
La tua velocità toſto fie ſpenta,
E coſtretto ſarai gir con la gruccia.

Sappi ch'io fin dalla materna buccia,
Anzi fin dalla patria ſementa
Nutro un'ira qual turbin violenta
Per chi guarda la mia Galateuccia.

Sempre in aguato ſtommi, e coccolone
Ove la tua ſi ſtampi orma biforca;
E guai a te, ſe avvien che un dì ti arreſti!

Una leve gotata, ch'io ti aſſeſti,
Giugner faratti dove il Sol ſi corca:
Riconoſci dall'unghia il fier Lione.

CI.

O montium turpído atque pitbecium;
(Quod condonarem, ſi ſanum eſſet ſinciput)
Si Polyphemus impetum in te faciat,
Atque tibi fuat imminens more vertagi,
Tota eveſtigio peſſum ibit tua volucritas,
Arbor ut fulgurita frundes arfacit,
Ac ſic monopodius cogére grallis niti,
Et vinces domiportam tarditudine.
Scito jam tandem, caput cucurbitinum,
Noſtri ab uſque conceptus forma archetypa,
Immo ab ſementi lumbis occluſa patriis
Nos pectoris fovere in loculoſis latebris
Iram derivatam triſti leonum ſeminio
In qui noſtram almam blandicellam Nereida
Fuat auſus tantummodo tueri tranſverſa.
Semper ad caedem imminens conſído in inſidiis
Liratim conquiniſcens, quaſi coſſim cacans,
Et colloco ſubſeſſas, & ſubreptito
Latenter admodum, ſeptuoſe, fallaciter
Pone frutecta, dumecta, & loca avia
Totum hocce corpus in pugillum contrahens,
Sicubi tui forte, bircoſe cornipes,
Biſiſſum ſubolfacio veſtigium,
Nec unquam fallet me locorum gnaritas,
Nec ſemper pede poena te deſeret claudo.
Sed vae tibi, ſi te ſiſtam devigeſcentem tremipedem,
Infectumque pallore vultum luteo,
Atque oggerentem omnigena exorabula!
Noſtra modicella, quae tibi ducatur alapa,
*Nedum dentes evellat * mortariolis*
Te faciens ridicule dentilegum,
Temet procellae in morem propellet rapide
Quo vegetis Sol demit ephippia quadrupedantibus.
Hoc tibi fuat aeſtimium. Ex ungue leonem.

* Ita proprie dicuntur dentium alveoli. Vide ſis Hadrian. Junium in *Nomenclatore*.

CII.

Tirsarmata Baſſarida, che ratte
Volgi le piante per l'erboſe coſte,
E di ſacro furor ebbra le aſcoſte
Selve penétri, e le più interne fratte;

Se Aci mai ſull'occhio tuo s'imbatte,
Dagli ſempre del tirſo in ſulle coſte,
Sicchè oppreſſo dal duol non più s'accoſte
Dove lo chiaman le ſue voglie matte:

Io vo'donarti, o mia Menade culta,
Un cembalo di ſquille ornato, ovunque
Bello al veder, romoreggiante al ſuono.

Ma tu ripeti Evoè? Evoè riſulta
La reparabil Eco! Evoè tu dunque,
Deh tu m'aſcolta Evoè figlio del tuono.

CII.

Thyrſigera o Baſſarei Sacerdotula,
Triviatim diſſultans lymphata atque fanatica,
Quaeque peragranter fers haud certa veſtigia
Per herboſa pratorum floreſcentium,
Per profunda reconditorum ſaltuum
Regnata Pani, & Sulvano Conſervatoribus,
Per & querceta, loca nota Hamadryaſin,
Bacchique plena & entheata vallium
Reducta inerras penetrans cavamina;
Si Acis tibi forte fiat obvius,
Ollus Aethiopus, Lemurum omnium turpiſſumus,
Galateae Delicatus imbecillimus,
Amabo, amabo, meum deſiderium,
Liberi ocellus, Mater viriliſſima,
*Stirps * Deae Diae, Sirena nemorivaga,*
Thyrſo face olli tergu ſic phoeniceum,
Oſtreatumque late altis vibicibus,
Magno ut victus dolore itare temperet
Quo rapit illum ſua otiabundum deliritas.
Te munificare lubet, Maenas o tympaniſtria,
Mimalloni o callenter ſcientiſſima
Sacrorum Jacchi ululatuum, atque vanni myſticae,
Te munificare lubet ter Briſaeo Cyclopi
Undiquevorſum tintinnabulato tympano
Aſpectu ſpecioſo, ſonu ſtrepero
Apto laudibus clamoſi Bacchi racemiferi.
At tu obraucata inclamas Evoë; Evoë!
Evoë, Evoë aſſonat Echo reparabilis!
Ergo rite tuum, Bacche, repetenti mi Evoë
Sies volens propitius, candide Baſſarev,
Ita faxſis, uti rogo, quod bonum ſiet ſalutareque,
Io Bacche, io Bacche proles Semeleia.

* *Dea Dia* eſt Hebe ſeu Juventas : nam Strabo Lib. VIII. Heben Phliunte, ac Sicyone *Diae* cognomento cultam memoriae prodidit. Hujus & frequens mentio in Inſcript. Fratrum Arvalium : LVCVM. DEAE. DIAE.....SACRIFICIVM . DEAE . DIAE . INDIXERVNT. .....DEAE . DIAE . TVRE . VINO . FECERVNT &c.

CIII.

Ve', ve'l Faunel come per balze e greppi
Salta leggiero, e brancolon ſi aggrappa,
Or per la fratta de' geſmin ſi ſcappa,
Or per macchie di pruni, e calcatreppi.

Fuggi pur come vuoi, che'l tutto ſeppi;
Ma guai a chi tralle mie branche incappa,
Che'l miſerello allor ſe ne diſgrappa,
Quando la ſchiantat'alma è fuor de' ceppi.

Sono antiche per te queſte canzoni;
Ma pria ch' Eſpero vegna, e'l Ciel ſi abbui,
Temprate l'udirai ſu novi ſuoni.

Diſſe, ed un urlo miſe, affronte a cui
Par che belino i lupi, ed i leoni,
E Trinacria tremò da' cardin ſui.

CIII.

Sed eccum tibi Paniſcum temeriter,
Strepſicerotes ceu ſolent, atque omnicarpae caprae,
Aſpreta fragoſa, acuta ſaxa praecipitia,
Vias invias atque incommeabiles
Tranſilientem nunc manu tentando, nunc quadrupedo gradu;
*Nunc ollus evadit * animax perperitudine*
Per liguſtris loca ſtrictim conſita tremulis,
Nunc per obnata rupibus cardueta pendulis,
Crurum ſecurus, lumborumque fragii.
Fuge, vafelle, ut volup eſt; nil Cyclopa latet, mehercule:
At vae olli, qui noſtras incidit in paſtomides!
Nam miſer vinculatus captivitate tenaciter,
Tunc gigantéa manumittetur forcipe,
Quom e vinclis internecivis evaſerit ſpiritus:
Redemptionem ſecus nullo redimet lytro!
Jamdudum ego tibi aures verbis divito,
Et minae mera ſunt verbificatio;
Sed priuſquam Caelum crepuſculaſcat Veſperugine,
Surgantque late aſtra ignea, & ruat Oceano Nox,
Tibi occinam vocaliore tibicinio,
Te opperiar obligatam liberaturus fidem.
Haec mnemonica tecum reputato: agricola
Quom germinantis videt floſcellum oleae,
Baccam & ſpadiceam ſe viſurum augurat:
Uti decet Cyclopa ſuccinctim parciloquio,
Necnon ſermone furvo figuraliter,
Et tecum nunc garrire non eſt otium.
Sic fatus ululatum expectoravit perterricrepum,
Prae quo lupi non ululent, ſed balitent,
Clamorque per aethram volutus horrendum vagiit,
Tremuitque ſonoris murmurabunda amuſia
Dimota a centro ſuo tellus Trinacriae.

En

* Se offert hujuſmodi vox in Pandectis Florentinis.

CIV.

Pur t'ho una volta alla perfin raggiunto,
Empio infame Egipan; sì d'ira accenſo
Poliſemo gridò con tuono immenſo,
Il fero cor da grave doglia punto:

Vanne, vanne, perverſo, in queſto punto
Dell'atra Stige al facile deſcenſo,
Vittima dell'Etneo Gigante offenſo,
Nè più turbar ſua pace omai defunto.

Diſſe, e mezza montagna ſvelſe intanto;
Già gliela ſcaglia, ahimè; l'eſtremo lembo
Appena il tocca, e ſuralo alla Ninfa.

Ma Dori di ſua figlia al duro pianto,
Lo cangia in fiume: Aci converſo in linfa,
Morto anche a Galatea ſen corre in grembo.

CIV.

En tandem pario, quod jamdiu parturio,
Dedecoratio ſaltuum, vecors Semicaper;
Quando nunc lapidandum te mihi obtulit
Melior fortuna omni ſtudio atque navata opera;
Nec tibi ſum parſurus, pervico animo atque inorabili
Tuas ob criminandas culpas ac facta nefantia;
Nec me hodie effugies acumine pedum volucrium,
Queis mihi non ſemper nocitum ivi volvebant Parcae;
Sic intonuit boatu immenſo & abſono,
Quo porta Caeli horrendum ſuperintonat,
Monſtroſus Cyclops, callens balliſtarius,
Quo nemo adductius immanes torquet lapides,
Cyclops prave animatus, inſalubriter
Flammatum effundens odium praeconceptum antiquitus,
Praegrandis Monoculus ira praegrandi aeſtuans,
Dolore & terebratus acuto cordicitus animitus:
Deſinito cum muſta Nereide puellitarier,
I tandem, i tandem, pervorſe, ad Styga deſcenſu facili,
Quae loca lugubriter tenet craſſa caligo inferûm,
Salutem dicturus Polyphemi nomine
Nocte ſatis Deabus crine anguineo,
Plotonis famulabus noſtri patrui,
In avarum Acheronta, domoſque amplas coloris anthracini,
Unde erepere non datur pol cuipiam,
Cyclopis irritati propitiabilis victima;
Ejus nec ſtatum comiſſaliter pacalem
Amplius obturbes vitai in pauſa frigida,
Quoi jam hi termini noviſſimi poſiti ſunt
Ex depalatione noſtra arbitraria:
Satyrique Apocolocynthoſin celebrabunt tuam,
Cippoque macereola cluſo inſcribent: HAVE. PERPETVOM
HAVE. CVCVRBITAE. CAPVT. HAVE. FVLICA. INIMITABILIS.
Sic ait Cyclops ſulphuroſus intime,

La-

Laturus opima Amori ſpolia Feretrio;
Montiſque ſaxitatem evellit multigrúmam
Convenientem brachio Cyclopeo.
Jam ſuperurget illum, ſancte Jupiter!
Pro Dî, Deaeque! extremo angulo ſaxiali
Acin ſupremo occaſu ab Nympha dejugat.
(Heus, Polypheme, jam Deis agnam percute.)
At Doris cani Nerei conjux ſpumida
In gnatae ſuae ſolatium flentis duriter,
Eum convertit in fluibundam amniculi faciem.
Acis ut ut gravi ſacratus Libitina,
Galateae ſuae haud immemor formoſulae,
Novarum devolvit lympharum limpitudinem
In pontum Nymphae manſionem caerulae
Priſtinus aeternum liqueſcens amaſiunculus.

F I N I S.

PERSUADETEVI PURE CHE I LIBRI PIU' CORRETTI SON QUELLI, CHE HANNO L' INDICE DEGLI ERRORI.

Volpi nella Prefazione alle Opere volgari del Sanazzaro.

Cart. 13. not. al verſ. 3.
εγγαωίζειν *leggi* ἐγκαωίζειν.
Cart. 192. verſ. 6.
dubia *leggi* dubbia.

EMINENZA.

PAolo, e Niccolò di Simone pubblici Stampatori umilmente le rappreſentano come deſiderano riſtampare un'Opera intitolata *la Poliſemeide del Signor D.Emmanuele Campolongo, aggiuntevi le Parafraſi Latine del medeſimo*. E perchè ciò loro non vien permeſſo ſenza l'eſpreſſo beneplacito di V. E. Perciò la ſupplicano degnarſi commetterne la reviſione a chi meglio ſtimerà; e l'avranno a grazia, quam Deus, &c.

Adm. Rev. Dominus D. Dominicus Malarbì S. Th. Profeſſor revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neap. die 15. *Junii* 1762.

PHIL. EP. ALLIFANUS VIC. GEN.
JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

COn quella maggiore attenzione, che per me ſi è potuto, ho letto ſecondo i comandi di V. E. l'elegantiſſima *Poliſemeide del Signor D.Emmanuele Campolongo* colla verſione Latina di rincontro; e non mi ſono avvenuto in coſa veruna, che faccia offeſa alla S.Fede, o al buon coſtume. Anzi ravviſandoſi in queſti fioritiſſimi componimenti novità, e nobiltà di penſieri, e grandi naturalezze, molto ben corredate di leggiadriſſime grazie, e di eſpreſſioni efficaci e ſollevate, giudico che da V. E. poſſa permetterſi la deſiderata impreſſione a diletto de' conoſcitori delle Poetiche gentilezze. Queſto dì 17. Marzo 1763.

Di V. E.

Umiliſs. divotiſs. ed obbligatiſs. ſervitore
Domenico Antonio Malarbì.

Attenta relatione Domini Reviſoris, imprimatur. Datum Neapoli die 5. *Julii* 1763.

PHIL. EP. ALLIFANUS VIC. GEN.
JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

S. R. M.

PAolo, e Niccolò di Simone pubblici Stampatori ſupplicando eſpongono alla M. V. qualmente deſiderano ſtampare un' Opera intitolata: *La Polifemeide del Signor D. Emmanuele Campolongo, con le Parafraſi in Latino del medeſimo*. Pertanto ſupplicano la M.V. di commetterne la reviſione a chi meglio le parerà, e l'avranno a grazia, ut Deus, &c.

Adm. Rever. D. Jacobus Martorelli in hac Studiorum Univerſitate Profeſſor revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neapoli die quarta Auguſti 1762.

NICOLAUS DE ROSA EP. PUTEOL. CAP. MAJ.

M A E S T A'.

DI pochi ſi può dire quel ben noto proverbio, ὁ ἔχων πολὺ πέπερι τίθητι κἀν λαχάνοις, e fra eſſi ſi dee annoverare l'Autore di queſti componimenti Italiani, e Latini, il quale fa conoſcere, che abbia letti aſſai libri dell'una, e dell' altra lingua; ed aiutato dal ſuo ſcorto, e pronto ingegno ha potuto in un argomento da ſcherzo produrre sì felice lavoro, e ricco d'immagini sì vive, e sì diverſe: ſe ſi è valuto di tante voci vecchie, e ſtantie, ſi sa che queſte eſprimono più ſegnatamente i penſieri, e ci ricordano, che nel parlare de' rimotiſſimi ſcrittori s' offerva quella forza leggiadra, e purità, che naturalmente lo accompagnano. La Voſtra Real poteſtà può permetterne la ſtampa. 2. Maggio 1763.

Umiliſs. Vaſſallo
Giacomo Martorelli Real Profeſſore.

Die

Die 10. menſis Junii 1763. Neapoli.

Viſo reſcripto Regalis Majeſtatis ſub die 3. currentis menſis, & anni, ac relatione Rever. D. Jacobi Martorellii de commiſſione Rever. Regii Cappellani Majoris, ordine præfatæ Regalis Majeſtatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, ac approbationis dicti Rever. Reviſor... Verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica, hoc ſuum.

GAETA. CAVALCANTI. DE FIORI. PERRELLI.

Reg. 109. *t.*
Carulli.

Athanaſius.

ADP 1465676